¶ Argumentum.

¶ Pſalmus. xxxiiij. in quo
de chriſti paſſione.

¶ Introductio.

¶ Vox xp̃i ex parte hũani
tatis ꝯquerentis de iudeis et
vltionẽ expetẽtis de eoꝝ ihu
maniſſima perſecutione aiꝫ

Iudica do=
mine iudicio cõ
dẽnatiõis iude=
os( nocẽtes m̃)
reddẽdo eis ſꝫm opa eoꝝ( et
expugna de uice ĩpugnantes
me ĩ iuſte. Expugna ĩquã ꝛ
hoc. Apprehẽde arma pro
me ad impugnandũ dando
nobis virtutes q̃bꝰ inimicos
arceamus et opprimamus et
ſcutũ) ad ꝓtegendũ dando
nobis virtutes q̃bꝰ poſſimꝰ
ictus inimicoꝝ repellere( ex
urge) manifeſte( in audiuto=
rium mihi) p̃ſentialiť michi
ſuccurre Euagina gladiũ)
ire tui in iudeos mitte tuũ et
veſpaſianũ q̃bꝰ ꝑdanť in vin
dictã meã( ꝯclude eos) tãta
hoſtiũ multitudĩe vt nec vnũ
q̃dẽ de ciuitate egredi vł in=
gredi poſſit: ſꝫ ibi fame ꝯſu=
menť( q̃ ꝑſequũť me) fac ma
nifeſtũ p̃ effectũ( aïe mee) q̃z

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tu es ſalus ei⁹. ¶ Confundantur) confuſione mala ⁊ timore horreſcant qui ſatagunt auferre vitam meam. ¶ Auertātur) a deo vt ſint (retrorſum) non valentes pficere qđ intendunt: ſed deficiant in poſterius (⁊ confundantur) de peccatis ſuis (cogitantes mala contra me.) ¶ Fiant tanq̄ puluis vt ſicut puluis non pōt reſiſtere ventis ita: nec ipſi hoſtibus (et angelus mal⁹) vbicunq̄ fuerint ſemp eos affligat et eis dn̄et. Fiat via eoꝝ tenebroſa) vt n̄ videāt q̄ fugere poſſint ⁊ lubricioſa vt fugiētes cadant) et angeli dn̄i perſequentes eos) ⁊ cogens vt facile capiantur ⁊ hoc ideo. ¶ Qm̄ ſine cā) cum nichil mali eis feciſſem (abſconderunt michi iudei inſidias latenter ſicut anceps cū rethe inſidiat aut vt me occiderēt (⁊ ſine aliq̄ eoꝝ vtilitate exprobrauerūt aiāʒ meā opprobriis mihi mēdacit inferentes. ¶ Laque⁹) captiuitatis p romanos principes (quē ignorāt veniat illis et fraus quē) apud ſe (occulte diſpoſuerūt) vt me occulte ⁊ iprouiſe caperēt (apprehendat eos) et ſubito ⁊ iprouiſe capiantur et i laqueū eūdē mortꝭ quē mihi moliebant cadant ipſi. Hec pdicta illis fient. Anima autem mea a malis oībus liberata (exultabit in dn̄o) recognoſcendo a deo ſuſcepta bn̄ficia (et delectabit in ſaluatione) q̄ ſaluata eſt i reſurrectione. Letabuntur) et mei in reſurrectione mea q̄m oſſa mea) .i. apl'i et pdicatores fortiores mēbra (corporis me) letabunt grās agētes qui poſt reſurrectionem vbiq̄ terrarū laudabunt et pdicabunt (dicentes dn̄e q̄s ſimilis tui) null⁹. Qm̄ tu es Qui eripuiſti gen⁹ humanū cui nō erat adiutor de ptāte diaboli ⁊ mēbroꝝ q̄ natura lit fortiores ſunt hoīe ⁊ idē gen⁹ humanū (egenū ſapientia ⁊ pauperē virtutib⁹ eripuit a poteſtatib⁹ tenebrarū q̄rū tāta ē ptās vt poſſent diſripere pauperes tuos: niſi tu adiuues. Surgētes teſtes i q̄ ſicut pncipes iudeoꝝ ⁊ idu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cū ab eis (interrogabant me) vt poſſent extorq̄re aliud verbū aut factum dignū reprehenſione (q̄ꝛ) ſcientia approbationis (ignorabā) id ē qd nūq̄ ſciuiſſē facere. ¶ De ipſorum .i. gratitudine ſubiūgēs ait. Retribuebant michi mala ꝓ bonis) factis tam in veteri teſtamento q̄ i nouo ego attuli eis vitam ipſi morte ⁊ retribuerūt ego honores ipſi cōtumelias. ego medicinam ipſi vulnera cum tamē cibus meus eſſet fides: ⁊ ſalus eorū in oibus his retribuebāt (ſterilitatē anime mee) q̄ꝛ in eis fructū fidei reperire nō potui. Illi) retribuebāt michi mala Ego autem cum mihi moleſti eſſent) ⁊ in me ſeuirent (indutus cilicio) carnis humane ſimilis alijs hominibus: non exercui potentiam diuinitatis in eos: ſed magis quaſi vnus de peccatoribus reputatus oia patienter ſuſtinui. Affligebar i anima mea ieiunio) eo q̄ nulla bona opera in iudeis inuenirē q̄ in epulas ſpūales aſſumerē qui tū eſuriebam ⁊ ſitiebam ſalutē eorum ⁊ nihilominus oratio mea ex quo deſtabiles iudei ſuſcipere non merentur (in ſecretum pectoris mei) vnde fuerat egreſſa (remanebat).

¶ Licet michi moleſti forēt iude. ego tñ. Sic michi complacebā) in eis habendo me ad eos (ſicut ad primum et ſicut ad fratrem) qñ eos docebam ne delinquerent qñ pro ipſis in cruce poſitus ſupplicabam: ⁊ tñ cū nolent cōuerti ego ſic hūiliabar (quaſi pat lugens) filiū (⁊ cōtriſtatus de morte filij mei ſicut affligebar de perditione eoꝝ his nō obſtantibus ipſi iudei igrati ⁊ maliuoli ipſa libertate letati ſūt in his q̄ michi aduerſa fuerūt (cōuenerūt in vnā ⁊ prauam volūtatē) vt me ꝯprehenſū crucifigerēt parata ſūt ſup me varia tormēta ⁊ ignorabā q̄re hoc michi faciebāt q.ſ. non ꝓmerui. Diſſipati ſunt) .i. diſſoluti ⁊ attoniti viſis miraculis in paſſione dñi ſol tenebras accepit tra tremuit velū tēpli ſciſſū ē: tñ ꝓ duricia cordis: nec ꝯpuncti ſū de ſua iniq̄tate ad pniam

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſed(tantauerunt me)dicentes ſi filius dei ē deſcede nūc de cruce(⁊ ſubſannauerunt) deridentes(me)dicentes vah qui deſtruis templum ⁊ in tribus diebus redificas illud ⁊c.frēduerunt ſup me dentibus ſuis)ferino ⁊ beſtiali more in me ſeuicientes.¶ Hec michi illi faciunt:ſed o Domine qn̄ reſpicies me)oculo tue pietatis ⁊ miſericordie vt me reſuſcites oro nō diu differas ſed(reſtitue)tertia die (aīam meā)corpori meo propter malignitatem iudeorum qui morte volunt me concludi ⁊ detineri:⁊ a ſuperbia eorum qui vt leones ſeuiunt(libera vnicam meam).i.carnē meā quelz ſit ſimilis aliorum hominum carni:vnica tamē dicitur:q₂ de virgine:quia ſine peccato:q₂ vnita filio dei Reſtitue dico aīam meā ⁊ ſic hoc feceris.Laudabo te gratias agens)i eccleſia magna)que de omnibus gentibus collecta eſt(⁊ in populo graui)pōderatum virtutibus ac grauē ⁊ honeſtum bonis operibus ⁊ ſtabili per virtutem:quē non mouet ventus tentatiōis(laudabo te)Nō ſuper gaudeant michi(non leren͡t ſup me)q̄ aduertantur michi iniqui)q̄ſi victores:quod facerent niſi mortuus reſurrgerent q̄ oderunt me ſine cauſa:⁊ annuunt oculis)nutib⁹ ⁊ ſignis me diligire ſimulātes vel alios cōcitantes ⁊ prouocātes ad deriſionez mei.¶ Uere annuūt michi oculis vt ypocrite oſtēdentes nephanda doloſitate vultu et verbis qđ non hn̄t in corde.Quoniam michi quidem:pacifice loquebantur dicentes magiſter ſcimus quia verax es et viam dei veritate doces.⁊c.hec ⁊ ſimilia verba pacifica ſunt ſed ſub adulationis figura dolum continebant(⁊ in iracūdia graui)quā de terra non perdenda habebant ſcilicet ne perderent locum ⁊ gentem loquētes(dolos cogitabāt)quomodo me occiderent Et dilatauerūt) in paſſione ſuper meos ſuū non iaz annuentes oculis:ſz liberis ⁊ aperta voce mortez inclamantes crucifige eum o ſceleſte facim⁹ negauit iu-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

dex fieri qd populus clama
bat implere ꝯſequentur in
in ipſa moꝛte dixerūt) inſul
tādo ꝛ irridendo (euge euge
iam viderunt oculi noſtri) fa
cta tua ꝛ mirabilia q̄ nichil
ſunt aut doloſa: vidim⁹ iam
quod de te deſideramus effi
cere vt ſuaſoꝛ plebis cū la
tronibus in cruce penderes.
Vidiſti domine) impietatē
eoꝝ q̄ crudeles ſint illi mi
chi vidiſti eoꝛum nequitiam
ꝛ meam innocentiam: et iō
ne ſileas ſed profer ſententi
am (ne diſcedas) a me ī paſ
ſione ſubtrahendo mihi au
xiliū. ¶ Nō diſcedas a me
dn̄e ſancte pater: ſed potius
Exurge) oſtendendo poten
tiam tuam qui doꝛmire vide
ris diſſimulando ꝛ intende
iudicio) quo iudicatus ſum a
iudeis: ꝛ conſidera quale iu
dicū ſit iudicium ſine iure
toꝛ[illegible]ca ſine ſcelere moꝛtē
ſine peccato (domie de⁹) me
us intende in (cauſam meā)
pro qua patioꝛ que pia eſt q̄ꝛ
pro redemptiōe humani ge
neris patioꝛ et moꝛioꝛ non ꝑ
peccatis meis Judica me ſe
cundum iuſticiam tuam) qui
non condemnat innocent
ſed impios ꝛ oſtende me iu
ſtum ꝛ innocentem faciens
me tertia die reſuſcitare (et
nō ſupergaudeant michi q̄ſi
victoꝛes in cauſa q̄ gaudeāt
me compꝛehendiſſe ꝛ moꝛti
tradidiſſe. Oꝛo inſuper Nō
dicant in coꝛdibus ſuis euge
euge anime noſtre) .i. bene eſt
nobis quia fecimus quod vo
luimus occidi meus: oſtende
eis me tertia die reſuſcitādo
q̄ nichil fecerint ꝛ vt ne gau
deant (dicentes deuoꝛabim⁹
et extinxim⁹ nomē eius. Sꝫ
potius in clarificatiōe reſur
rectionis mee. Erubeſcant)
tanq̄ fruſtrati intentiōe ſua
peſſima (timeant oēs ſimul)
penam et repentinum inter
tum (qui gratulantur) malis
meis. ¶ Induantur confu
ſione) hic ꝛ erubſcentia ſiue
timoꝛe ex oī pte q̄ maligna
loquunt ſuper me. ¶ Econ
tra oꝛat xp̄s ꝑ fideli b⁹ adhe
rētib⁹ ſibi dicens. Exultēt)
exteri⁹ (ꝛ letentur) interius
(qui volunt iuſticiam meā)
imitari ꝛ dicāt ſemp magni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gr.(ſi cer dñs q̄ diligūt pacē)
quā ego ſeru⁹ dei poſui mea
morte: inter deū et hominē
Et lingua mea).i. ſācti mei
per quos quaſi ꝑ ꝓpriam lin
guam meas i eccleſia denū
cio voluntates (meditabitur
iuſticiam tuam) nouam legē
predicando ⁊ (tota die) pre
ſentis vite (te laudabilem) in
eccleſia annunciabit.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.xxxv. in quo
oſtenditur mala nobis vero
attribuenda eſſe deo.

¶ Introductio.

¶ Duo ſunt gn̄a peccantiū
vnum qd credēs leg: ꝑ infir
mitatē in carnis q̄ ſunt iuſſa
legis nō cōplet. Aliud eſt
genus peius.ſ. audax qd ſibi
ꝓponit libera mēte peccare
⁊ de iſto ꝓpheta loquens ait

Dixit iniu-
ſtus) id eſt deli
berauit ⁊ ſtatuit
(in corde ſuo) ⁊
decreuit apud
ſe (vt delinquat) vt ſꝑ peccet
obduratū cor habens: ⁊ hoc
ideo q͡ꝛ (nō eſt timor dei) q̄
eſt frenū peccanti añ oculos
ei⁹ Et hoc patet. Q͞m dolo
ſe egit in ꝯſpectu ei⁹ q͡ꝛ cum
ſciret deū oīa videre: timore
tñ ei⁹ poſt poſito ⁊ lege eius
ꝯtempta deliberauit in corde
ſuo peccare: quare cū ꝓpria
voluntate nullo impellente
peccet iniquitas ei⁹ odio ha
bet apud deū ad vindictam
ſempiternā. Uerba oris iu-
ſti ſiue iniqui).ſ. iudei vel he
retici cuiuſlibet (plena ſunt
iniq̄tate) quo ad aperta mala
(et dolo) quo ad occulta: et
hoc idō q͡ꝛ (noluit intelligere
vt bene agere.) ſed a vero in
tellectu ſuo vitio declinans
ꝑ verſis erroribus polluitur
et ideo veniam non meret.
Iniquitatē) lōga delibera-
tiōe (meditatus eſt in ſecreto
cordis ſui dedit ſe ſtudioſe oī
generi pc̄ti (maliciā aūt) oīm
criminū matrē (nō audiuit)
ſed dilexit. ¶ Propheta oñ
dēs bona oīa a deo eē inq̄t.
Dn̄e in celo).i. celeſtib⁹ vi-
ris ſpecialit̄ eſt (mia tua) vbi
copioſius dona a te emana-
uerunt: hoc eī bonū qd hn̄t
vt.ſ. ſint celeſtis viri altitudi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ne ꝯtemplationis: nobilita-
te ꝯuerſationis et ſanctimo
nia vite nō eſt ab eis. ſ. ad te
ſimiliter ad te ē ꝙ amplior i
(noticia veritatis) veniat per
reuelationē ad doctores per
quos tanq̄ per nubes pluen
tes verbis coruſcant miracu
lis imbrem ſalutis emittis:
vt fideles fructum debet fi-
deiq̄ ſteriles fuerant arridita
te pctī. Iuſticia tua) .i. iuſti
tui et maxime apoſtoli q̄ ea
paces diuine iuſticie deuotis
viſibus extiterunt (ſicut mon
tes dei q̄ a ſolis ortu radios
noue lucis excipiunt et ad
ꝯuales terrarum refuſa cla-
ritate tranſmittunt iudicia q̄
bus horum miſereris et hos
excecas: ſunt incomprehenſi
bilia et inſcrutabilia admo-
dum (abyſſi). Homines ⁊ iu
menta) Sub tua puidentia
id eſt ſtatus tam hoim electo
rum q̄ reproborꝝ: (ſaluabis
hos. ſ. reprobos ſalute corpo
rali tantum nature neceſſa-
ria ꝯmuniter puidendo: ele-
ctos vero ſpūaliter aīas eorꝝ
ſaluando: o deus queadmo-
dum multiplicaſti miam tuā
ſcꝫ q̄ incōprehenſibiliter et
mirabilr multiplicaſti. Filij
hoim) vero rationabilr viuē
tes ſpūaliter in protectione)
ſpūali (tua ſperabunt) ſe re
cepturos eterna bona q̄ ala-
rum tuarū .i. veteri ⁊ noui teſ-
mentorꝝ teſtimonijs deſcri-
buntur. Merito ſperabunt
iuſti in protectione tua qm̄
abundanter ⁊ delicioſe refi-
cis eos Inebriabunt) .i. ſa-
tiabunt eīn ſiue faſtidio (ab
vbertate domꝰ) celeſtis glie
(⁊ torrente) copioſe (delecta
tionis tue potabis eos) Qd̄
facere poteris: o chriſte Qm̄
apud te eſt fons vite indefici
ens (⁊ in lumine glorie tue)
eleuati et confortati videbi-
mus lumen tue diuinitatis.
¶ Pretende) ⁊ lōge lateq̄
diffunde (miam tuam) recte
in te corde firmiſſimo (cre-
dentibꝰ) vt in iſto ſeculo ſub
dnī pietate degāt ⁊ iuſticiā)
.i. vite rectitudinem (his qui
dirigunt ſe ad voluntatem
tuam vt qd̄ bene volunt per-
ficiant. Pretende domine
miaꝫ tuā: vt Non veniat mi
chi pes ſupbie) ſupba affe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctio:nulla mentis elatio mi
chi ſurrepta( ꝛ manus pctō
ris.i.diaboli īpulſio ſiue ten=
tatio nō moueat me)a ſtatu
rectitudinis ꝛ ſalutis. Vñ di
xi nō veniat mihi pes ſuper
bie qꝛ(Ibi ceciderūt) quaſi
de alto in profundam foueā
corruētes oēs(q̇ operantᷣ ini
quitatem oēs eñ ſupbie vitio
cadūt q̇ dñi iuſſa ɔtēnunt vt
primus angelꝰ ꝛ primꝰ hō q̇
(expulſi ſunt)angelus de ce
lo ꝛ homo primus de para=
diſo(nec potuerūt ſtare) qꝛ
dominus expulſit eos cui ne
mo reſiſtere poteſt.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus. xxxvi. in quo
oſtenditur proſperitas malo
rum contennenda.

¶ Introductio.

¶ Fuerunt q̇ murmurabāt
de flore maloꝝ et labore bo=
noꝝ: quaſi omnia caſu regan
tur. Contra hunc errorē oc=
currit propheta inquiens.

Noli inui=
dere male agē
tibꝰ in ſuis ope
ribꝰ. vt eadem
facias aūt inui
dere pſperitati eoꝝ vt illam
ɔcupiſcas(nec amaueris fa=
cientes iniquitatem)ſequen=
do eoꝝ conuerſationem: qꝛ
lꝫ eoꝝ natura ſit diligenda:
iniquitas tñ eoꝝ odio haben
da eſt. Ideo ne emulieris.
Qm̄ tanq̄ fenum)glīa et
proſperitas maloꝝ velociť
areſcent ꝛ quēadmoū viridi
tas herbarū cito decidēt q̄ſi
diceret: breuiť durabit ſicut
iſta breuiter durant. Noli ꝛ
vir iuſte malorum pſperita=
te inuidere. ſed Spera i dño
hoc introitus fidei hoc initi
um ſalutis eſt(et fac bonita
tem)quia fides ſine operi=
bus mortua eſt ꝛ inhabita p
confeſſionem fidei eccleſiā
non recedendo ab ea(et pa
ſceris)ad ſaturitatem et ſua
uitatem perēnem(i diuitijs
ſpiritualibꝰ eius)quaꝝ the=
ſaurus eſt ipſe chriſtꝰ cuius
beata viſio eſt eterna ſancto
rū oim refectio. Delectare
ergo nō i deſiderijs carnis:
nō in rebꝰ trāſitorijs ſeculi:
ſed(in domino)pone omnez
delectationem: et dulcedinē
ac deſiderium mentis tue

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in eo ſtatue: vt ſuauis ſit tibi
recoꝛdatio eiꝰ: vt ames queꝫ
times. ſpꝛetat mundi iocun=
ditate (ꝛ dabit tibi petitiões
coꝛdis tui) quas ſcꝫ ſpiritus
rationalis petit ſcꝫ bona grē
ꝛ ꝟtutis. Ꝙuas vt det. Re=
uela) explica in oratione tua
(viam tuam) deſideriū tuum
(dño) iudica q̇d pateris q̇d
velis directioneꝫ eius petē=
do (ꝛ ꝯfide in eo) ꝙ tribuet
tibi (ꝛ ipe faciet) illud qꝺ ſpe
ras confidendo expectas fa=
ciet q̇dem. quoniā Educet)
in pulblicū opera iuſtitie tue
(q̄ſi lumē) aliꝭs in exemplꝫ
virtutis ꝛ que ſecundū hitū
iuſticie tue iudicas facienda
faciet pꝛoſperari vſqꝫ ad ꝑ=
fectionem iuſticie dubitam
ſicut aſcenſus ſolis perficit
in meridie: ꝛ faciet clara et
laude digna in ꝯſpectu hoīꝫ
ſicut meridiē q̄ ē clarioꝛ ps
diei: interi vero (ſubditꝰ eſto
deo) et humiliter et deuote
ſeruiendo (ꝛ oꝛa eum) pꝛo te
pie ꝛ perſeueranter ꝛ conſe=
q̄ris intentū. Noli indigna=
ri in homine q̇ ſperant i mun
do iſto (vt velis imitari eum
non te terreat impiꝭ felicitas
quia bꝛeuis eſt (noli ēt) imi=
tari homineꝫ facientem iiu=
ſticias) perſequenteꝫ iuſtos
libere ꝛ impune licet videat
pꝛoſperari in malitia ſua ſed
tu. Ꝺeſine ab ira) ne iraſca
ris de floꝛe maloꝛū. qꝛ inde
iraſci ꝛ indignari eſt contra
dominum murmurare ꝛ ꝑpe
blaphemare (et derelinque
indignationē noli īdignari)
de ꝓſperitate maloꝛū vt con
foꝛmes te eis mala faciēdo
Ꝙm̄ qui mali ſunt) ꝛ ſi modo
floꝛeāt (ꝑicient) tn̄ in futuro
extra termios terre viuētiū
(ſuſtinētes aūt. ſ. qui aduerſa
ferūt ꝛ pñtiā deſpiciūt ꝓpter
(dñm) q̇ n̄ fallit: ꝛ oia poteſt
(ipſi hereditabunt terram)
viuētiū Suſtinentiā aūt iſta
non longiſſimam putes. qm̄
Adhuc puſillū). i. parum
tp̄is reſtat. nō ergo redeat te
(et non erit impius pꝛo quo
gemis ſed ſubtractus de me
dio (ꝛ q̄res felicitatem eius
et non inuenies) quia euanuit
Ꝣanſueti autem) q̇ patient
expectāt bn̄placitꝫ dñi qui
coꝛ ſuū in puritate poſſident

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(hereditabũt terram)viuen-
tium(et delectabũtur in mul
titudinem)ſuperne pacis q̃
eſt perfecta vbi nulla guerra
nulla ſeditio nulla diſcoꝛdia
ſed requies opulenta. Tunc
in futuro erit pax iuſtis. ſed
nec bellum. quoniã Pecca
toꝛ)volens de bono virtutis
iuſti(obſeruat)occultis inũ
dis ſi aliquid poſſit habere
contra eũ ſiue vt capta opoꝛ
tunitate eum alliciat ad con
ſimilem vitaꝫ: et non poteſt
allicere motus ad irã(ſtridet
ſuper euꝫ dentibus)malitie
vt furens belua vt quem nõ
poteſt ſubuertere conaꝛ occi
dere. Peccatoꝛ autem ſic
faciet. ſed Dominus(faciet
et oñdet(eum irriſibilem(et
dignum oppꝛobꝛio iudicabit
qꝛ ab intento fraudabit euꝫ
qm̃ ꝓſpicit ꝙ veniat)dies re
tributionis eiꝰ)Merito dñs
irridebit tales. qm̃ Gladiũ)
multiplicis ꝑſecutionis ma
nifeſte(euaginauerunt pec-
catoꝛes)aduerſus ſanctos ⁊
quando ſic non ꝓficiunt(in
tenderũt arcuꝫ ſuuꝫ)i. dolos
q̃bus occulte noceant. In-
tenderunt arcum. Vt deci
piant)dolis(pauperẽ)xp̃i ⁊
humilem ſpiritu: ⁊ euagina-
uerũt gladium(vt trucidẽt)
ꝯſtantes ⁊ firmos in fide xp̃i
vt martires q̃(recti ſunt coꝛ
de)Gladiꝰ eoꝛũ intret i coꝛ
da ipſoꝛum)i. moriãꝛ moꝛte
quẽ aliȷs parauerũt et dolus
⁊ iſidic eoꝝ ſiue poteſtas no-
cendi(vt fruſtrẽꝛ)ne valeãt
adiplere quod male cupiunt
Benedictum ẽ ſuperiꝰ nolı
emulari in homie qui ꝓſpe-
raꝛ in rebus huius ſcl'i Quĩ
meliꝰ ẽ modicũ iuſto. cũ iu-
ſticia q̃ꝫ mlt'a i pctõꝛ. melioꝛ
eniꝫ eſt pauper cũ timoꝛe dei
q̃ꝫ theſauri magni. xp̃e meliꝰ
eſt Qm̃ bꝛachia). i. poteſtas
⁊ foꝛtitudo q̃bꝰ ipĩ ꝑſumũt
(ꝯterẽꝛ in futuro ⁊ diuitie in
q̃bus ꝯfidebant iuſtos autẽ
ꝯfirmat dñs)ne a bono vir-
tutis moueanꝛ in ꝓſperis vł
aduerſis Cõfirmat aũt iuſtos
dñs Quĩ nouit dñs(noticia
appꝛobatiõis opa virtutũ q̃
iuſti fecerĩt ⁊ qꝛ ſiĩ macula ſꝫ
Hereditas eoꝝ ineternũ erit.
Nõ ꝯfũdenꝛ i die iudicij ſed
honoꝛabunꝛ qꝛ tũc eis dicet.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

venite benedicti pr̄is mei: ſꝫ impij̄ confūdentur quibus dicitur ite maledicti in ignē eternū: ꝛ tūc impij̄ eſuriēt ꝑ carentiam oīs boni (iuſti aūt ſaturabuntur) per adeptionē ſummi boni ſatietate eterna: ꝛ quia dn̄s iuſticiā exercebit in peccatores vere peccatores peribunt (Peribunt) q̄dem peccatores (Quoniam inimici dn̄i mox vt honorificati fuerint ꝛ exaltati) honoribus et potentia (quemadmodū fumus) quāto magis aſcēdit: tanto citi⁹ euaneſcit ſtatim (deficient) Deficient merito pctōres. qm̄ Mutabitur peccator ꝛ nō ſoluet) quādo dei verbū audit ꝛ nō illud ſuis operib⁹ iplet: qm̄ dei diuerſa beneficia recipit ꝛ nullā gratiaꝝ reſtituit actionem ſed contra proteruus ꝛ tāq̄ꝫ nihil acceperit ſemper ingratus eſt (iuſtus aūt) quāuis hic pauca ſuſcipiat pia deuotōe plura reſtituit largiter in oibus gratias agens miſeretur) pauperibus (et diſtribuit) eis ſi hꝫ rerum facultatem quod poteſt: ſi non habet dat beniuolentiā ꝛ dat cōſilium vel ſaltem orationem Jdeo miſeretur iuſtus ꝛ dat quia ſcit ꝙ (Benedicētes ipſi) deo gratias de omnib⁹ bonis ſuſceptis agentes nō ſolum verbū ſed vita hereditabūt terram viuentiū (maledicētes aūt) tam lingua q̄ꝫ vita vt blaſphemi ꝛ dī legib⁹ inobedientes a iuſtorum ꝓmiſſa beatitudine (diſꝑibūt) ¶ (Domini) iuſti (greſſus a domio dirigentur) vt nō declinant a rectitudine iuſticie q̄ iuſtus q̄ iam corde direct⁹ fuerat (viā dn̄i cupiet) nimis ſequi ſaluatorem amando q̄ eſt vere noſtra viā veritas et vita. Jn qua via dn̄i. (Cum ceciderit) iuſtus etiam ꝑ peccatum mortale (nō collidet) irreparabiliter ſiue per deſperationem ſed redit per pn̄iaꝫ ſi ſit de predeſtinatis (quia dn̄s ſupponit manum mīe ſue reducendo eū per pn̄iaꝫ ad grām. Nā vt ait prophā Junior fuit etem ſenui ꝛ nō vidi iuſtū derelictū) a deo finalr̄ nec imitatores iuſticie illi⁹ (q̄rētes panē) tēporalez

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

in egeſtate exiſtentes q̃tum ad vetus teſtm̃: ⁊ hoc cõiter q̃tum vero aſcenſũ ſpiritualem tales non querunt panẽ ſpiritualem. i. delectationẽ bonis operibus coniunctam ſine participationes ſapientie ⁊ iuſticie xp̄i: qꝛ talis panis preſto eſt querentib⁹ ip̄m Uere iuſtus nõ eget. Quia omni tempore miſeretur affectu miſericordie in ediam patientibus( ⁊ commodat) vnde diues eſt de doctrīa de pietate: de iuſticia de patientia ceteriſqꝫ bōis quib⁹ fruitur mẽs illa ſãctiſſima( ⁊ ſemẽ) bonorum operum( eius) ſiue imitator fidei eius( in benedictione glorie) erit audiens venite benedicti ⁊c. Et ideo tu q̃cunqꝫ eſt D eclina a malo). i. a peccato obſeruando precepta negatiua et fac bonum( obſeruando precepta affirmatiua et per hoc in habitabis) cum deo in eterna beatitudine( in ſeculum ſeculi) Et hoc ideo. Qꝛ dn̄s amat iudicium). i. equitatez iuſtum enim eſt et equum vt ipſe auctor iuſticie( non derelinquat eos) q̃ eius eligunt precepta cõplere. nõ ergo (derelinquet ſanctos ſuos) ſed( ineternũ conſeruabũtur) E contra Iniuſti punientur pena eterna ( ⁊ imitatores eorum peribunt) cum eis iuſtis in eternum ſaluatis ⁊ cũ domino permanentib⁹: Iuſti autẽ hereditabunt terrã) viuentium( ⁊ in habitabunt in ſeculum ſeculi ſuper eam Merito iuſti hereditabũt terram. quoniam Os iuſti meditabitur ſapientiaȝ) q̃ eſt de deo eternis( loquitur) procedentem ex corde enim recte ſapiat( ⁊ de lingua eius) q̃ ſẽtit de deo cum iudicio et diſcretiõe ꝓfert ad īſtructiõeȝ aliorum Nõ ſolum ī ore iuſti eſt. Lex dei) ſed ( in corde ipſius) eſt iugem meditationem ⁊ qꝛ lex dei peccare vetat ⁊ bona facere docet. ideo (non declinabunt greſſ⁹ ei⁹) a via iuſticie per quancunqꝫ demõis aũt hominis ſuggeſtionem. Greſſus iuſti ñ ſupplantabuntur tamen C õſiderat pctõr iuſtũ) calide inſirtãdo vt occaſione accepta

ei nocere poſſit: quia iuſtus grauis eſt ei ad videndum: qꝛ diſſimilis eſt aliis vita eius: ⁊ ideo per inuidiū (querit) oportunitatē (mortificare eū) corporaliter vel ſpiritualiter. Sed iuſtus defenditur: quoniam Dominus non derelinquet) eum totaliter in ptā te impiis vt ei conſentiat licet ad horā impii habeant poteſtatem ſuper iuſtos in corporibus non tamen ſemper: ſuper anima autē nullam habent (nec dānabit eum cum audiet cauſā eius) i futuro iudicio licet ab hominibus reprobis hic falſe reus et morte dignus iudicetur. Tu ergo vir iuſte non deficies in tribulationibus: ſed Expecta) patienter (dominum) qui iudicabit te ⁊ ne vacuū expectes interim (cuſtodi mandata eius ⁊ exultabit te) hic meritis bonorum operum ampliando (vt hereditate) firma poſſeſſione (capias terram) ſuperne patrie quam nemo preualet niſi bene meritus adipiſci (cum perierint peccatores videbis) audiens quod dicetur eis diſcedite a me maledicti ⁊c. Peccatores quidē certe peribūt nam Vidi impium) id eſt peccatorem ſupra ſtatum ſue conditionis (⁊ ſupra) humanum modum potentia et honoribus ſeculi (eleuatum ⁊ ſicut cedri libani) que ſūt maxime alte Et tranſiui) mente ad nouiſſima ſua conſideranda. et (ecce non erat) iſte qui ſic intumerat (⁊ reduxi eum) ad memoriam (⁊ non eſt inuētus) ſplendor pompe eius et veſtigium ſuperbe glorie eius in dignitate. in diuitiis ⁊ amplitudine familie quia locus eius cū eius proſperitate diſſoluitur cum totius orbis corruptibilis gloria terminetur. Et ne ad impiorum ſimilitudinem tu percas Cuſtodi innocentiam) vite quātum ad deū (iudica equitatem) iuſte cum proximo agendo (quoniam) bona opera eius qui pacifice vixit: qui ſcilicet bellū et impetus vitiorum in ſe cōprimit. (non pereūt) ſed poſt hanc vitam viuunt remuneratа ⁊ premiata felicitate eterna. E cōtra erit de impiis: qm



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Iniuſti)ſimul cum ſuis operibus(diſperibunt) tradi flā̄mis eterne perditionis: ⁊ reliquie eorum.ſ.diuitie ⁊ fama (ſimul interibunt) quoniā ſuperueniēte interitu eorū falſa laus ⁊ fragilis diſſoluet̄ Salus autem iuſtorum a domino)non aliunde eſt:ipſe enim eſt ſalus noſtra(et protector eorum in tēpore tribulationis) ſ.pñtis:ne etiā corporaliter opprimantur vel tempore tribulationis futuri iudicij:quia ex ipā eripiet iuſtos. ¶Et adiuuabit eos dñs eis ad perſeuerationē boni cooperando (⁊ liberabit eos)de omnibus anguſtijs(eruet eos)ne fides eorum pſeuerationē a dyabolo ⁊ miniſtris eius(⁊ ſaluabit eos)in futuro deducendo ad gloriā( quia ſperauerunt in domino)nec em̄ ſalus debet̄ his qui ſpem ſuam in dei pietate poſuerunt.

¶Argumentum.

¶Pſalmus.xxxvij.in quo docetur fidelis penitens memoriam peccatorum habere vt lugeat preterita et caueat futura.

¶Introductio.

¶Vox cuiuſlibet penitētis.

Domine ne puniās me ſm rigorem tue iuſtitie quia hoc eſſet importabile ſed magis ſecundū temperamentum miſericordie tue( nec in ira tua corripias me)pero corrigi ſed non in ira aut furore: talis enim eſt correctio tantū ad vindictam ſed bene correctione que eſt ad emendationem que eſt miſericordia et cum pietate O domine ne arguas me in furore tuo quoniā ſufficere debet tibi poſt multa quibus vehementer affligor. Quoniam multe moleſtie et miſerie) anime et corporis quas ex adam in vindictam ſui peccati excepi ſicut ſagitte intime(infixe ſunt in me )et per manum tuā punientem firmate ſunt)non ad horam ſed vſq ad finē hui⁹ miſerabilis vite. O domie ne punias me in furore: quia ſatis ſum ſagittatus tot enim miſerijs ſubditus ſuī:vt Nō ſit ſanitas ī carne mea ab in-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſtanti vindicte tue) in adaz et in me implete (non eſt pax in interiorib⁹ viribus aīe mee) quia carnis vitijs impugnatur ⁊ hoc tamē (propter peccata mea) Et aperti⁹ exponēs mala ſua ait Quoniam iniquitates mee inualuerunt ſuper me dn̄ando vt anima mea victa ſuccūberet que (ſicut on⁹ graue grauiter deprimūt me) ad terram ne me erigere poſſi ¶ In hoc etiā afflictus ſuz q̄ plage peccatorum per baptiſmum ⁊ penitentiaz ſanate ¶ Computruerunt) in cogitatione mea delectando me in illis (et corrupte ſunt) exterius ad actum perducendo ⁊ hoc propter (ſtulticiam meā) multum enim inſipiens eſt q̄ ſemel lauatus iterum ſponte recipiuat. et quia (putruerūt cicatrices mee (Multis miſerijs afflictus ſum) peccatorum meorum pondere (curuatus vſq3 ad mortem) tota vita mea conſtritatus indignum eſſe iudicans erigere oculos ad celū incedebā Cōtriſtatus ſum (Quoniam ſenſualitas ſeu carnalitas mea impleta eſt illuſionibus) que a dyabolo varijs tentationib⁹ fatigatur: ⁊ per hoc iteruz (nō eſt ſanitas in carne mea) quā dyabolus affligit. Hinc Afflictus ſū nimis) ita vt nichil in me liberum fiat calamitate: et ideo vehementi gemitu cordis mei dolebam me peccaſſe. Quod tu quidem noſti. Quoniam ante te) cum nullum latet ſecretum eſt (omne deſiderium meum ⁊ gemitus meus) pro peccatis meis: (a te non eſt abſconditus: ſed exauditus quia pius es cum non pro terrenis ſed pro anime liberatione ſaluatur. Inde dolor et gemitus quia. ¶ Cor meum conturbatum eſt in me) quia mēs mea ſuccubuit paſſionibus: et ita pacem meam amiſi (dereliquit me virtus mea) robur patientie (et lumen oculorum meorum) id eſt ratio in perturbatione iudicij ergo (non eſt mecum) propter ingentes moleſtias quas ſuſtineo. ¶ Vox chriſti. (Amici mei) ficti (et cogniti mei) iudei (aduerſuz me appropin



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quauerūt corpore vt me cō
prehenderent ⁊ cōſilijs ac do
lis (ſteterūt cōtra me pſeue
rāter: vt me occiderēt. apl'i
Qui) ante paſſionē (iuxta me
erāt de longe ſteterūt) q꞉ re:
licto me oēs fugerunt timē:
tes mori. ⁊ iudei q̄ inquire:
bant vitam meam) perdere:
(vim faciebāt) violenter me
cap um trahentes ad princi
pes ſacerdotum. Et iudei.
Qui inquirebāt mala mihi)
crimina. ſ. q̄ opponerēt non
inuenientes (locuti ſunt fal:
ſa ) fingentes cōtra me falſa
teſtimonia (et dolos tota die
meditabantur) vt accepta oc
caſione romane poteſtati me
traderent. Ego autem tanq̄
ſurdus non reſpondebam):
quaſi nō audirē maledicta et
irriſiones eorum (et ſicut mu
tus non apperiens os ſuum)
patienter omi a ſuſtinui. Non
ſolum nō audiebā: ſed Faci⁹
ſum ſicut homo qui audire nō
poſſet non habens in ore ſuo
redargutiones tanq̄ neſcirē
⁊ non haberem quod eorum
blaſphemijs reſpondere poſ
ſem cum vtiq̄ eos manifeſte
valuiſſem redarguere. Ideo
tacui in paſſione: ideo omnia
patienter ſuſtinui. Qm̄ in te
dn̄e ) iuſto iudice (ſperaui) qui
potes triſtia in gaudium cō:
mutare: ſciens q̄ cum vide:
ris nullā cauſam mortis eſſe
in me tu exaudies me dn̄e
deus meus ) vt me reſuſci:
tes Ideo tu exaudies. Quia
dixi ) in oratiōe mea te dep̄:
catus: vt ſicut a reſurrectio:
ne me clarificares ( ne ) iudei
(inimici mei gaudentes in:
ſultarent michi ) ſi me morte
detineri viderent: quare oro
exaudies me. Item ideo q꞉
( dum pedes mei ) diſcipuli
mei infirmi (commouentur)
ad caſum vacillantes et titu:
bantes in fide ſi cito non re:
ſurgam (ſuper me magna lo:
cuti ſunt) multi inſultantes ⁊
gaudentes de caſu meo. Nō
recuſo: o pater cedi ⁊ crucifi
gi pro ſalute totius mundi.
Qm̄ ego in flagella paratus
ſum .i. p̄ordinatus a te: et
ideo hec flagella patior ſpō:
te tue voluntati me confor:
mans (et dolor meus in con:
ſpectu meo eſt ) michi paret

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(manifeſtus) eſt michi dolor
quem patior: intelligo enim
me pati non pro culpa mea:
ſed tua diſpoſitione. Ideo
etiam in flagella paratꝰ ſum.
Quoniam iniquitatem meo
rum) in cauſam eẽ cognoſco
ſicut ⁊ aliis) pronunciabo et
ego cogitabo) operando qua
liter peccata totius mundi
mea paſſione abſoluam. Cũ
tanta patior. Inimici mei)
tamen viuunt) et proſperan
tur omni ſanitate gaudẽt (Con
firmati ſunt) id eſt roborati
(ſuper me perſequendo) et
multiplicati ſunt qui oderũt
me iniuſte) .ſ. ſine culpa mea
Oderunt me certe iniqui qm̃
Retribuerũt mala mihi pro
bonis) odium pro dilectione
mortẽ pro vita ꝙ multis eo
rum ꝓtuli (detrahebãt mihi)
dicentes: non eſt ſalus illi in
deo eiꝰ et hoc nulla alia cau
ſa: niſi (qm̃ ſequebar bonita
tem) et ſum felix conſcientia
cui non poteſt imponi ꝙ non
ſeruat legem dei ſui. ¶ Ne
derelinquas me domine deꝰ
meus voluntati infidelium
me exponende (ne diſceſſeris
a me): ſed potius mecum per
mane vt me facias reſurrge
re. Intende in adiutorium
meum dñe deus) qui me ad
ſalutem humani generis in
carnari et pati miſiſti.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.xxxviii. in quo
docet vir iuſtꝰ inter blaſphe
mos ⁊ iniquos lingue conti
nentiam ſeruare certamina ⁊
rixas opprimere.

¶ Loquitur vir iuſtus.

DIxi / id eſt
ſtatui et ꝓpoſui
firmiter in corde
meo (cuſtodire
vias meas) actiones meas:
tali diligentia vt etiam in
lingua mea non offendam)
loquendo fatua ⁊ ocioſa ver
ba aut generaliter que locutũ
me fuiſſe peniteret. Ut non
delinquã. ¶ Poſui ori meo
cuſtodiam) cautelam in lo
quendo: vt etiam ſtatuerim a
bonis ſilere et a predicatiõe
abſtinere et hoc cum con
ſiſteret peccator) vt hereticꝰ

TOLEDO

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

vel reprobus (aduerſuz me) q̃rens vnde ex verbis meis calũniã poſſit efficere. Poſui cuſtodiã ori meo vicʒ ado ꝙ Obmutui (volens vitare ꝯtentionẽ cuz peccatoribus impugnãtibus me ſed afflictus ſũ qꝛ propter hoc (ſolut a bonis) enunciãdis hoĩbus deſiderantibus veritatẽ audire. vnde (dolor meus renouatus eſt) dolui de indiſcreta taciturnitate. Uerũ videns hincinde picula. Inquietum factum eſt cor meuz) ꝛ ĩ hac fluctuatione tacendi ĩter calunnioſos et loquendi inter audire patos (concitatus eſt calor caritatis in corde meo) ad loquendum amore proximorum. Inter has difficultates q̃rẽs locũ vbi hec non patiar Locut⁹ ſum) deo meo (in lingua mea) toto corde ꝛ ore eum deprecãdo (notum fac michi finẽ meũ chriſtũ qui eſt finis noſter Conſummatio ĩ preſenti ad iuſtitiam et in futuro ad coronam ibi enim gaudebo de ſocio non timebo de auerſario. ibi eñ contemplator mecum erit amicus non calumniator inimicus. Et numerum dierum meorum) quo in hoc me viuere decreuiſti oſtende michi (quis eſt) .i. q̃tum ſuperſit) vt ſciam quid deſit michi (de tẽpore vite mee. Ideo aũt vellem ſcire vt prepararem me aduentui tuo et diſponerẽ de his que ad me ſpectãt. Ideo aũt ſcire vellem numerũ dierum meorum: quia breuis eſt vita mea. Unde Menſurabiles) .ſ. breues et tranſitorios (poſuiſti dies meos ꝛ ſubſtãtia mea) que in adam peccante corrupta eſt (tanq̃ȝ nichilũ eſt in comparatione (ad te) qui eternus es. Bene dixi ꝙ vita mea in conſpectu tuo ſit quaſi non ſit: non ſolum ꝑpt breuitatem: ſed propter vanitatem. (Omnia) enim que apud nos ſunt vanitas) oĩa enĩ ſunt ſubiecta mutabilitati: et etiã interea (omnis homo hic viuens eſt ſubiectus mutabilitati ꝛ ſic etiã eſt vanitas. Licet oĩs homo viuẽs hic ſit vanitati ſubiect⁹. Ueruntñ in imagine (dei ad quã formatus eſt ſemper ſtabilis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(permanet) q2 illa nunꝙ de letur in hoie: nichilominus a puritate mẽtis in actibus ſe culi dedu cit vbi caducis de ſiderijs (turbatus) varia ſol licitudine cõfunditur. Uere (fruſtra turbatur) ꝛ ſtulta va nitate: nam Theſaurizat ꝛ cum magna ſollicitudine cu pit peritura ſeruare: maxime cum poſſeſſio eorum ꝓbetur incerta: nam ignorat cui cõ gregat ea) vtrum. ſ. furibus aut hoſtib9 aut extraneis aut fiſco. Cognita aũt ſeculi va nitate ꝯcludit vir iuſtus oẽm ſollicitudinem ꝛ ſpem ſuam ponendã in deo: dicens). Et nunc que eſt expectatio mea) et finis meus (nonne domi nus) qui eſt ſuper omnia: cer te ipſum ſolum finem expe cto (ꝛ ſubſtantia diuitiarum conſcientie mee (apud te) re ſeruatur. Uerũ q2 nemo etiã iuſtus in vita p̃ſentia eſt ſine pctõ preter te. Ab oĩbus ini quitatibus meis) preteritis: p̃ñtibus: ꝛ futuris (erue me) et debes me merito eruere: q2 cum ſic ſapio ꝙ humana contenno ꝙ letari ĩ rebus p iturís nolo ꝙ pniam ago (de diſti me opprobrium) i. i de riſum ſtulto peccatori: q il los magis irridere ſolitus eſt boni s morib9 ſtudere co gnoſcit licet apud talez ſtul tum habitus ſum opprobrio Tacui (nõ egi ꝓtentioſe cõ tra eũ) nec aperui os meũ) in murmure contra deuz ꝛ hoc venit a te (qm̃ tu feciſti) me talem dans michi patientiam ꝛ quia talis ſũ (amoue a me flagella tua) quibus pro pec catis meis a te iuſtiſſime ꝓ beror. Neceſſe eſt ꝙ amoue as quoniam. ¶ A fortitudi na (potentie mee) defeci vi plagarum tuarum (in firma tus: et debilitatus viribus: non potes amplius ſuſtinere duras punitiones tuas: que licet graues ſint: ſunt tamen iuſte qm̃ ꝓ iniqtatẽ flagel lis tuis corripuiſti hoiem vt ꝑ corruptionẽ flagelloꝝ tuo rũ Tabeſceř fecerꝫ aiaꝫ ei9. vt deſiccata humiditate ꝛ pi guedine carnali Et depoſits ſupbia infirma fieret ꝑ humi litatẽ (q̃ſi aranea q2 nihil eſt tabidius q̃ leuiter tacta digi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

to deficit ſed ſepe licet homo
ſit correct⁹ lȝ increpetur licet
τ abeſſiat tamē fragilitate hu
manitatis diuerſarum rerum
varietate (confunditur) a qua
perturbatione ille ſolus exci=
pitur qui deum pura mēte cō
templatur. Et ideo tu domīe
Exaudi orationem meam et
humileȝ ſupplicationē meā)
preces autem meas cum la=
chrymis fuſas exaudi ꝑ effe=
ctum liberationis mee. O
domīe oro Ne ſileas a me)
ſmo fac me audire vocē tuaȝ
interſus.ſ. ſalus tua ego ſum
(vel illam) remiſſa ſunt pec=
cata tua τ finaliṫ illam cū ſā=
ctis omnib⁹ venite benedicti
τc. (quoniam aduena ego ſuȝ
apud te) non habens hic man
ſionem manentem ſed ſum:
ſicut per egrinus tēdēs alibi
id eſt ad patriam vite eterne
(ſicut omnes patres mei (fue
runt. Cum autem tranſitur⁹
ſīi reſtat hoc petēdū. Re=
mitte michi) peccata mea vt
per tuam miſericordiam (cō=
ſolat⁹) cert⁹ ad tua iudicia ꝑ=
ueniā: τ q̄dā recreationē ſen
tiaȝ in pñti vita de illi⁹ regni
tui ſacuritate ſuſcepta τ hoc
(priuſq̄ȝ abeā) recedā a pñti
vita: q2 ā̄pli⁹ non ero in ſtatu
merēdi. nec ꝑ ꝯñs ī ſtatu ꝑci=
piendi remiſſionem peccatoꝝ

Argumentum.

Pſalmus.xxxix. ī quo ec
cleſia gratias agit de benefi=
cio īcarnationis filij dei.

Introductio.

Eccl'ia in pſona ſctōꝝ pa
trum pſtolās aduētū xpi ait.

Expectās ex
pectaui) exinti=
mis τ cum deſi=
derio aſſidue (do
minuȝ) in carnā
dum qui ſolus ſaluare poteſt
(τ ipſe) pro ſua clemētia (itē=
dit michi (implēdo deſideriū
amoris noſtri imitando xpm
vnde ſequitur. Et exaudi
uit preces meas) xpm mittē=
do quem optabam (et eduxit
me de lacu miſerie) infidelita
tis τ ignorantie quib⁹ detine=
bar (et luto fecis) carnalis
concupiſcentie. Et ſtatuit) τ
firmauit (ſupra petram) xpm
affectus meos et direxit act⁹
meos) ad vitam eternaȝ Et
imiſit in os meum cāticū no=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uũ nõ de vaniatate: nõ de tur
pibus ſ3 de nouo ⁊ īaudito di
uine pietatis bñficio qđ etas
ante a nulla ꝯſpexit qđ nouꝰ
hõ attulit mundo: nouꝰ ergo
ppl's noua cantat.ſ.de incar=
natione dñi de reſurrectione
de aſcentione ⁊ de alῖs hmõi
cãticũ dico (carmẽ) ſiue hym
num acceptabilem (deo nr̃o)
vt iam nõ ſonos turpes ⁊ tea
trales concinam: ſ3 in dei vi
uentis hymnis per armoniaz
nouiteſti delecter ¶ Videbũt
multi) ppl'i poſteri xp̃m ãnu3
ciatum veniſſe quem priores
expectabant videbunt etiam
conuerſationẽ meam (⁊ time
bunt (dãnari ſi ĩ infidelitate
permanſerint concuſſi ergo
ſalubrit errore ſcti xp̃iãi (ſpa
bunt in domino) remiſſione3
conſequi pctõꝝ. ¶ Beatꝰ vir
cuius ſpes) ſalutis ſue (eſt no
men dñi) quod eſt ieſus quod
ĩterp̃tator ſaluator q2 ñ ẽ alđ
nomen ſub celo in quo opor=
teat nos ſaluos fieri (⁊ non re
ſpexit in vanitates) infideli=
tatis ⁊ idolatrie gẽtilium (et
inſanias falſas).i. in errores
iudeoꝝ obſtinatorum ꝯ xp̃m.

Iſtoꝝ opera ſunt falſa ſ3 opa
tua mirabilia: qm̃ ¶ Multa fe
ciſti tu dñe deꝰ meꝰ mirabilia)
ĩ corꝑalibꝰ ⁊ ſpũalibꝰ inter q̃
maius mirabile eſt recreatio
mundi per incarnationem et
paſſione3 tuam ad que omnia
facienda per te ſufficiens es
non ab alio iſtructus (ſed co=
gitationibus) diſpoſitionibꝰ
tue ſapientie in q̊bus (non eſt
q̊ ſimilis ſit tibi) ¶ Vox xp̃i
Annunciaui) ego xp̃s ꝑ ꝓ=
phetas (⁊ locutus ſũ ego ip̃e
in perſona ⁊ ꝑ me ⁊ meos di=
ſcipulos tot crediderũt vt cre
dentes (multiplicati ſunt ſuꝑ
numerum) quẽ aliquis poſſet
numerare. ¶ Vox chriſti ad
patrem Sacrificium quod
fiebat de animalibus ⁊ auibꝰ
(et oblatione3) que fiebat de
rebus inanimatis vt de pane
⁊ ſimilia ⁊ thure ⁊ huiuſmodi
(noluiſti) q2 iſta ſacrificia erãt
imperfecta: quia non poterãt
auferre peccata (aures autẽ)
ꝑfectas dediſti mihi) ad obe
diendum tibi deo patri vſq3
ad mortẽ vbi me in cruce of=
feram ſacrificium perfectum
quod omnibus legis veteris

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſacrificijs ſuccederet ¶ Ex
ponit qđ dixerat. Holocau-
ſtum) qđ totũ incendebať ad
honorez dei( pro peccato nõ
poſtulaſti): qꝛ talia ſacraficia
non erant tibi accepta( tunc
dixi) ego chriſtus ecce letus
( venio) ad offerendum acce
ptiſſimum deo. In capite li-
bri) predeſtinationis eſt( pre
ſcitum) et diſpoſitum ( vt fa-
cerem voluntatem tuã deus
meus volui) hoc idem ego ꝛ
ad hoc deſcendi de celo( ꝛ le
gem tuam in medio cordis
mei per meditationem ſem
per habui. ¶ Annunciaui)
per apoſtolos meos et alios
predicatores opera iuſticie)
dogmata veritatis et benefi-
cia diuine miſericordie( in ec
cleſia catholica que( magna)
eſt poteſtate ꝛ firmitate ꝛ am
plitudine( ecce labia mea
non ꝓhibebo) nõ cõprimam
territus minis ꝛ contumelijs
perſequentiũ a ꝓmulgatione
veritatis( dñe tu es teſtis) ꝙ
predicta ſint vera. Iuſticiam
non abſcondi in corde meo)
quãdo potui ꝓdeſſe alijs: ꝫ
verbis ꝛ factis illam manife
ſtaui et palam annunciauí ꝛ
veritatem tuam) .ſ. promiſſo
rum exhibitionem ꝛ meipſm
qui ſine via veritas et vita a
te miſſum( ſaluatorem) hoĩm
predicaui ¶ Miſericordiam
tuam) qua peccata donas( et
veritatem tuam) qua que pro
mittis et minaris adimpleas
non celaui( non abſcondi) a
cõgregatione denſiſſima po-
pulorum. ¶ Vox chriſti pro
ſtatu corporis ſui miſtici. At
tende domine mẽbra ſancta:
attende peccatores. Et non
elonges) Sed prope facias
( miſerationes tuas mẽbris
meis) nec debes: quia hac te
nus non elõgaſti: quia( miſe-
ricordia tua et veritas) a pri-
mo iuſto vſqꝫ ad vltimũ ſem
per ſuſceperunt me) oratio-
nem meam exaudiẽdo. Nec
mirum ꝙ te hoc pro mẽbris
meis deprecor. Quoniam
circundederunt me mala) pe
ne( quorum non eſt numerꝰ)
apud homines vallauerunt
me vndiqꝫ .i. membra mea ꝛ
( cõprehenderunt) .i. ſuo pon
dere ligauerunt( iniquitates
ſue vt non poſſent videre de

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

um)quoniã abſtracta fuerat
ab his lux veritatis. Opus
eſt auxilij tui. Quoniã mul-
tiplicate ſunt iniquitates eo
rum innumerabiliter et lu-
men rationis aufugit ab eis)
¶ Complaceat ergo tibi
dñe vt eruas me (mẽbra cor-
poris mei in doloribus poſita
a malis preteritis et ad adiu
uandum ea reſpice) contra
mala impugnantia de futuro
¶ Orat pro inimicis vt con
uertantur. Confundantur)
inimici mei vtiliter vt reſipi-
ſcantur de factis ſuis (erube-
ſcentes) timeant vltra pecca
re: ne pereant (qui fidelium
meorum vitam querunt vt au
ferant eam). Couertãtur re-
trorſum cadentes vt ab intẽ
tione mala eorum deſiſtant (⁊
erubeſcant cognita eorum
iniquitate (qui gaudẽt de ma
lis meorum). Ferant confe
ſtim confuſionem ſuam) ne
diutius ingrauet maluz quã
cito ab hoſtibus ſubuertant
(qui dicũt) meis (euge euge)
doloſe laudando aut deriden
do. ¶ Orat pro fidelibꝰ ſuis
¶ Exultent et letentur ſup

te) deum patrez de bono qđ
daturus es eis (qui querunt
te per veram fidem et dile-
ctionem) et magnificum pre
dicent ſemper te deuz) ſicut
magnus es in te omnes qui
diligunt me) chriſtum filium
tuum: per quem ſalutem om
nium operaris.
¶ Peto hec omnia domi-
ne deus ex forma ſerui: quia
per me non ſufficio aliquid
facere: quia ¶ Mendicus
ſum. Et ideo neceſſe habeo
mendicare auxilium gratie
a te et pauper) quia niſi tua
gratia clarificet ex me nõ ſuf
ficio qui ne hanc pauperta-
tem vilem abiectamq; iudica
remus ſubiungit (dominus
curam mei habet. Et quia
indigeo auxilio tu dñe eſto.
¶ Adiutor meus ⁊ protector
meus) et propter periculum
oro (ne tardaueris) nobis au
xiliari in predictis.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus. xl. in quo de
paſſione Chriſti ⁊ eius reſur
rectione.

¶ Vox prophete.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Beat⁹ qui
ſup xp̄m egenū
⁊ pauperez ita
intus legit q̃
ſub pauper-
tate quam geſſit in forma
noſtre humanitatis intus le-
legat per veraz fidē diuicias
ſue diuinitatis: vt ſicut cre-
dit eum eſſe hominem. ita ēt
credat deum eſſe ⁊ talez cre-
dentem (liberauit dominus)
in iudicij a danuatione eťna
ad quam iudicati ſunt ñ cre-
dentes. Dominus conſeruet
eum inter mala huius ſecu-
li ne ab hoc intellectu cadat
ſedī hoc manentem (viuicet
eum) eterna ⁊ in mortali vi-
ta (⁊ beatum faciet eū in tra
viuentium) vbi ē vera ⁊ per-
fecta beatitudo (⁊ nō tradat
eum ad voluntatē inimicoꝝ
eius) dyaboli ⁊ miniſtrorūz
eius. Cū autē cōtingerit illū
iacere. Super lectum (affli-
ctū aliquo dolore corporis
aut mētis ita) dn̄s opē ferret
illi infirmitate ei⁹ (vt ap̄li⁹
non indigeat lecto parato ad
iacendum: ſed tranſuertetur
lectus tanq̄ non neceſſarius
amplius propheta orans p̄
ſe. Ego ſciens me peccaſſe
ſentiens egritudinem meaz
Clamaui ad te medicum
meū (miſerere mei ſana aīaz
meaz) qm̄ nullo modo excu-
ſo pctm̄. ſed accuſo dicens
(q2 peccaui tibi) mea ꝑpria ⁊
praua voluntate Vox xp̄i
Inimici mei) iudei ſcribe et
phariſei videntes populum
me ſeq̄ ꝑpt miracula q̄ opa-
bar vt retraherent populum
a ſequela mea (dixerūt multa
mala falaſa ⁊ opprobria mi-
hi) dicebant in ſuper optan-
tes mortem meam (quando
morietur iſte vi (non ſit me-
moria nominis eius) Et ſi
ingrediebatur aliquis d̄ ini-
micis meis ad ꝯſortius meū.
vt faciebat iudas non igre-
diebatur cauſa amicitie: aut
reuerentie ſed ad prodendū
potius doloſus intrabat aut
cauſa explorandi q̄d agerem
aut dicerē (⁊ vana ⁊ ficta lo-
quebatur) fingēs ⁊ ſimulās
michi velle cōſulere (et cor
eius congrauit iniquitatez ſi-
bi). i. ad dannum ſuum et d̄-
trimentū anime et corporis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Qui egreſſus) ad vulgares populos. Loquebatur in id= ipſum) ſcꝫ falſa et ficta ad in famiam meam vt aduerteret deuotionem populi a me. Non modo amici ficti ingre dientes ad me: ſed Omnes inimici mei latenter detrahe bant michi) ſcribe ꝛ pharisei et conſimiles (aduerſum me cogitabant inferre mihi mor tem cõtemptibilem ꝛ oppro briosam. Verbũ iniquũ) con tra oẽm iuſticiam (ordinaue= runt) inimici mei (aduerſum me) in ſuo conſilio dicentes. Crucifigatur: ꝛ ſi hunc dimit tis non es amicus Ceſaris.

¶ Sed iſtis inſultans pro= pheta dicit. Nunquid q̄) ab iniquis iniuſte ſomno mor= tis opprimitur (non adiciet vt reſurgat) certe ſic: quia qui habuit poteſtatẽ ponẽdi aĩaꝫ ſuã: habet ꝛ reſumendi eam Quid mirum ſi ĩimici mei loquebantur ꝛ moliebant̃ aduerſum me quando. Homo pacis mee) familiaris me⁹ commẽſalis iudas (in quo oſtendit me confidere) tra= ctãdo cum ſicut alios diſ= cipulos ꝛ ſibi ſpecialit̃ cõ= mittendo cuſtodiam pecu= nie (fecit magnam ſupplã= tationem cõtra me vt per oſculum traderet iudeis. O de⁹ paret illa ita crude= liter me ideſeuiunt Tu aũt miſerere mei ꝛ reſuſita me) glorioſa reſurrectiõe ter= tia die et tribuam eis vi= ciſſitudinem horũ que in megerunt. In hoc cogno= ui per experiantiam quod in me ſemper placui tibi: (quoniam nõ gaudebit fi= naliter populus Judaicus (ſuper me) quia licet gauiſi ſunt ad horam de morte mea triſtati ſunt multo plus de re ſurrectione mea in qua maxi me declarata fuit gl'ia mea.

¶ Me autem propter meri tum innocẽtie mee) quia ſem per ſine peccato fui (ſuſcepi= ſti me) aĩam meam ab infer corpus meum de ſepulchro cum gloria impaſſibilitatis et immortalitatis et confir= maſti in preſentia tua (ſtabi liter in eternum) me ad dexte ram tuam collocando. Hic. Benedictus dominus deus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ıſrael a ſeclo ⁊ ī ſeculū) nos
ſūt amē amen reſpōdeamus

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.xli.inquo mo-
netur fidelis ne ſeculi triſti-
tie retrahant eum a deſide-
rio eterne vite.

¶ Vox fidelis dū dſidrātꝫ.

Quē admodum ceruus) ve-
xat⁹ a venato-
ribus ⁊ calefa-
ctus( deſiderat fōtes aquaꝝ)
vt ſitim ⁊ eſtū extinguat) ita
aīa mea) demonū tētatiōib⁹
⁊ malis (ſeculi afflicta( de-
ſiderat venire ad te de⁹) Sū
me deſiderauit anima mea)
ad deum fontem viuū, vnde
omnia bona fluūt cupio·pla-
ne diſſolui q2 ſitio ī hac per-
egrinatione:ſitio ī curſu hu-
ius vite ſatiabor in aduentu
eius ſed( quādo veniā ⁊ ap-
parebo ante faciē dei .i.qñ
erit dies illa qua exutus vin-
culis corporis preſens con-
ſpectui mei redemptoris vi-
deam eum facie ad faciem.
Iterum autem dum curro
duz perregrinor ſiue ī proſpe-
ris ſiue in aduerſis O deſide-
rū mei lachrymas fundo) ī
lachryme non mediam ſed
ſacietatem intulerūt nec im-
merito quia fletus ille cib⁹
eſt animarum corroboratio
ſenſuum ſolutio peccatorū
refectio mentium lauacrum
culparum. Fuerūt ⁊ inſuper
(michi lachryme) duz ī proſ-
perando ⁊ inſultando )dici-
tur) a paganis fidelib⁹ me-
is( vbi eſt deus tuus, veniat
liberet vos Hec recordatus
ſum )ſcꝫ improperia infide-
lium dicentium vbi eſt deus
⁊ hac occatione( queſiui me-
ditatus )per omnia viſibilia
ſi per ea inuiſibilem cogno-
ſcerem creatorem meū ⁊ cū
hec non oſtenderet q2 ſoluz
inueni quedam veſtigia eius
(effud.) dilataui( ī me aīam
meam) vt relictis omnibus
exterioribus cōtemplarer in
me ipſo aliquid tale quid ſit
deus meus. ſed cum nec ī ex-
terioribus nec in anima mea
dum inuenirē q2 hec varia-
bilia inuariabilis deus exce-
dit hoc feci( quoniam tran-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſibo in eccleſiã tarbenaculũ domini) vbi de⁹ multa mirabilia fecit ſanctis ſuis: vt ibi intuear ſapientiam admirabilem fidei que docetur in ea et admirandas virtutes quibus multi fidelium reſplendent: et inde mente per contemplationẽ perueniam (vſqꝫ ad domũ dñi) i qua clare videbo deum meũ. Inde trahoꝛ inde ſuſpiro feſtinanter accedere ad domum dei: quia ibi erit. ❡ Gaudium et exultatio) de bonis habitis (confeſſio laudis de beneficÿs gratie ſuſceptis (ſpiritualis refectio) iure ſuauitatis. ❡ Propheta loquitur ad animam ſuam eãqꝫ conſolatur tabeſcentem perſecutionibus ꝛ calamitatibus huius ſeculi dicens. ❡ Quare triſtis eſt anima mea: et quare conturbas me) cum de adiutorio diuino certa ſis: quare triſtaris. Ad uerſus hec ſalutare remediũ ſequitur. ❡ Spera in domino) quia ſpes eius omnia cõmutat in melius et ad eternũ gaudium pducit quos ſeculi huius triſtitia inflicta. concluſerit: beati enim qui lugẽt quoniam ipſi conſolabuntur conſolare. ergo anima mea (quoniã adhuc laudabo eũ) dicens (tu es ſalutare) particeps humanitatis mee (ꝛ de⁹ meus) Sed quia in me non eſt firmitas perſtrepit eni mũdus et caro grauat nec eſt michi ſpes de virib⁹ meis ❡ Ad meipſum anima mea conturbata eſt propterea) vt euadã iſtas tribulationes (memoꝛ ero tui) id eſt ſumma velocitate recuro ad te humilitate quã (iordanis) deſignat (et memoꝛ abrenunciationis) dyaboli quam in baptiſmo feci quod per (heremonium) intelligitur et cum voluntate faciã dí que tibi deo meo placita ſũt ſemper. Decet vt ſim memoꝛ tui quoniam euangeliũ et lex que propter profunditatem ſapientie et agnitionis dei dicuntur. ❡ Abiſſus) in hoc concoꝛdãt ꝙ memoꝛ ſim tui qꝛ in vtroqꝫ pmittitur auxiliũ homini qui memoꝛ eſt dei: ꝛ hoc in voce pdicatoꝛũ et doctoꝝ (q catharacte dicũtur) qꝛ p eos fineſtra diuine ſa

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pietie nobis emanant. Ideo etiaz memoꝛ ero tui. quoniā Omnes tribulationes (tam grauioꝛes q̄ dicitur (excelſa) q̄ꝫ minoꝛes que deſinantur p (fluctus) q̄ ſuperant vires meas (tranſibunt a me i futuro Ideo ⁊ ero memoꝛ dei qui In die .i. in qualicunqꝫ huius ſeculi pſperitate (mādauit dominus miſericoꝛdiā ſuam) quia ſola miſericoꝛdia ſua ⁊ pietate dat pacem et bona cuncta fidelibus (et nocte) .i. i q̄ꝫcunqꝫ aduerſitate mandauit .i. pꝛomiſit (cāticum) .i. exultationem ꝯplere qꝺ in pꝛoſperitate pmiſerat ſpecioſa enim eſt miſericoꝛdiam i tempoꝛe tribulationis qꝛ tunc fructus eius demonſtratur. Cū vndiqꝫ mala ſine in hac mea peregrīatione ſingulare ſolamen eſt michi Oratio que eſt apud me (intus habeo in me quod offeram. non enim vt exaudiat me dominus nauigabo vt de longinquo afferaz thura ⁊ aromata: aut ꝺ grege vitulum. aut arietem. int⁹ hēo victimam quam imolē int⁹ habeo thus qꝺ īponā apud me ē oratio q̄ fiēd a ē auctori et cōſeruatoꝛi (vite mee) que oratione (dicam deo ſuſceptoꝛ meus es) tu q̄ me penitentem ſuſcipis q̄ vota orationuz meaꝝ nō ſpernis

dennent(qꝛ q̄rūt mala mihi) Quicq̄ alij faciant quicquid michi mali p̄parent. Ego āt ſp in te ſperabo ⁊ adijciā ſup omnem laudem tuam(quā de mundi creatione habes a-duciam aliam laudem ꝙ filiū tuum incarnari feceras pro ſalute cunctoꝝ. Unde ſequi-tur Os meum annunciabit) predicabit alij.ſ.gentib⁹ iu ſticiam tuam).i.filium tuum per quē implecta eſt iuſticia ſalutare tuuȝ)per quē(tu p̄r ſalutem dediſti mundo.Qm̄ non cognoui(p practicaȝ ne-gociatiōes q̄ malactib⁹ vt mē dacijs piurijs et blaſphemijs inquinantur(introibo in)ſup nam domum vbi cognoſco potentiam dn̄i ⁊ ibi memora boꝛ iuſticie tue ſolius:tūc.n. mirabilem et ſingularē eſſe cognoſcā cum impios in ge-hēna et fideles mittes in re-quiē ſempiternā:qꝛ Docuiſti me)per libros diuinos et re-uelationē ab initio fidei mee dn̄(vſqꝫ fuerit tēpus(pnun-ciabo alijs)mirabilia tua) marime mirabilē natōis no-uitatē oē miraculū et nouita tē trāſcēdētē. Et vſqꝫ ad vl tia mea(nō derelinquas me) quatenus tua fortitudine ro boꝛatus vſqꝫ i finē ſeculi lau des poſſim tuas debitas ex-plicare. Ne derelinquas me Donec annunciē)filium tuū q̄ eſt(brachiū tuum)p qđ oīa fctā ſunt:⁊q̄ diabolus ſupe-rat⁹ ē(gn̄atōi oī)p ſucceſſio nes(q̄ vētura eſt)vſqꝫ i finē ſe culi. Rurſ⁹ ne derelinqs me donec ān̄ūciē Potētiā tuā) q̄ ſaluas hoīes(et iuſticiā)q̄ iudicas oēs ſcđꝫ meritū vni-uſcuiuſqꝫ:ān̄ūciē dico dedu cēdo p̄dicationē meā (vſqꝫ i altiſſima q̄ feciſti magnalia) circa redēptionē humani ge-neris q̄ altiſſima ſūt ⁊ pfūdiſ ſima o(deus q̄s ſimilis tibi) certe nullus:qm̄ oīs creature virt⁹ in infinitū diſtat ⁊ ſubli mitate nobilitatis nr̄e tue ⁊ i cōphēſibilitate tue potētie. Quātas oñdiſti michi)p rei experiētiā tribulationes mul tas nūero: ⁊ q̄litate(malas) i.ȝhes et dū me ꝯuertiſti ad te viuificaſti me vita gr̄ie et de abiſſis terre).i.de pfundi tate pctoꝝū(iterū p peniten-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tiam reduxiſti me)Et michi
ſic reducto Multiplicaſti ma
gnificentiaȝ tuam deus)mul
tis modis michi magna be-
neficia conferēdo et cōſola
tus es me )ſecurum me faciē
do de eterno premio Vere cō
ſolatus es me. Nam ego) o
deus ideo( confitebor tibi)
confeſſione laudis in decan-
tatione laudis pſalmoꝝ(veri
tatem tuam).i. ꝙ verus de⁹
es et verax in promiſſis(pſal
lam tibi)opere qui es ſancti
ficans omnem videntē deuȝ
Vere cantabo tibi et ex ma-
gnitudine deuotionis Labia
mea exultabūt et anima mea
quā redemiſti )Nō tantū(ani
ma mea) cantabit tibi. Sed
et lingua mea) cum fuerit in
reſurrectionis gloria( medi-
tabitur iuſtitiā tuam ,cantan
tes in eternum miſericordias
tuas/ꝛ hoc erit(cum confuſi
fuerint )et erubuerint qui mo
do inſultāt (michi.)

¶ Argumentum.

¶ Pſalm⁹.lxxi.in ꝙ monet
vt chriſtum verum hominū ꝛ
verum deum eſſe credamus.

¶ Introductio.

¶ Propheta ad patrem lo
quens ait: o deus pater fac
quod preuideo futurum.

D A)iudicia-
riam poteſtatē
(regi) xpo ꝛ( ei
dem )filio tuo
(qui eſt rex verus iudicij exe
cutionem. Judicium da:di-
co. Judicare )vt iudicet( po
pulum tuū in iuſtitia)et pau-
peres tuos in iudicio(paupe
res )autē patris ꝛ xpi ſunt qui
mundana ſuperbia derelicta
humilitati ſe per omnia tra
diderunt( nam ꝛ ſi pauper ſu
perbia ñ dei pauper:ꝛ ſi locu
ples hūilitatē diligat nō ē ſe
culi diues volūtates enim ta-
liū ſunt inſpiciēde non noīa
Ptātē hanc iudiciariū da re
gi xpo:ſe pri⁹ precinat iudi-
caturus ꝑ legatos tuos. Su-
ſcipiāt mōtes).i.ſcti apoſto-
li qui ad ſupna firmiter eleua
ti celeſtis gratie ſunt primo
res mandatum annunciandi
(populo) dei pacem.i. xpm
(ꝛ colles ,i.alij iferioris gra
dus ꝙ apoſtoli ſed tamen al
tiores populis ( iuſticiam)
i.xpm:pax veruȝ dicitur xp̄s

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia per ipſum homo recon
ciliatus eſt deo iuſticia etiã
dicat̃ qui orbẽ terrarũ ſuã
eq̃tate iudicabit: ⁊ qꝛ diabo
lum per iuſticiã magis q̃ potẽ
tie virtute ſuperauit. Orauit
vt daret regis chriſto iudiciũ
⁊ vere dabit: quoniã ipſe. Iu
dicabit pauperes) pro chri
ſto voluntarios qui ſunt ĩ po
pulo vbi boni ſunt malis ad
mixti: vt qui ꝓ eo pauperes
facti ſunt celeſtis regni diui
tijs locupletentur) ⁊ ſaluos
faciet filios pauperũ). i. imi
tatores apoſtolorũ (et humi
liabit calumniatorẽ.). i. dia
bolum ſuperbum crudelem ⁊
inſatiabilem maiorũ oĩũ prin
cipẽ calũniatorẽ: q̃ humanũ
genꝰ ſuis fratribus tot ſecu
lis probatur impetere: hu
miliabit quando illo cũ perfi
dis damnatio fideles ſe vide
rint regnare cum xp̃o. Iudi
cabit rex xp̃us: et facto iudi
cio. Permanebit) eiꝰ huma
nitas (cũ ſole). i. ſemꝑ vnita
cum diuinitate verbi quod di
citur ſol iuſticie (añ lunã). i. cõ
ſpectum eccleſie: qꝛ ſꝑ erit in
ꝑſitus eccleſie vt ab ipſo vt lu
na a ſole recipiat lumen q̃ ni
chil a ſe luminis hꝫ: ꝑmanẽ
bit dico (in gñatiõe ⁊ gñatio
nẽ). i. ſcl'm ſeculi. ¶ Conſe
quenter ꝓpheta oñdens quõ
iudex iſte prius venit in (mũ
dũ ait. Sicut pluuia ĩ vellus
ſuauiter ſine ſtrepitu ſine cor
ruptione aliqua ⁊ in percepti
biliter (deſcendit) ita rex ille
qui iudicaturus eſt deſcendit
in vterum virginalem beatiſ
ſime marie ſpũ ſancto operã
te carnẽ de ea ſuſcepturꝰ hu
manã: ⁊ idem eſt qđ ſequitur
deſcender (ſicut ſtillicidia ſtil
lantia ſuꝑ terrã) q̃ in modum
roris ſũma leuitate deſcẽdũt
Orieẽ in diebꝰ eiꝰ iuſticia) qꝛ
ipſe ortꝰ de virgine eſt ſol iuſti
cie ⁊ abũdantia pacis) oriet̃
abũdãtia pacis eſt dũ religio
xp̃ianorũ toto orbe dilatatur
(donec auferat̃ luna). i. vſq3
in finẽ ſeculi. ¶ Propheta
de amplitudine regni eius ait
Dñabit̃) ſuper totam terrã (a
mari) circũdatã ⁊ a flumine)
iordane in q̃ xp̃s (baptizatus
eſt) vſq3 ad terminos orbis
terrarũ in quibꝰ oĩbꝰ terris ꝑ
ꝑdicationẽ apoſtolorũ ⁊ aliorũ

M.ij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum diſcipulorum cultus xpiane religionis in aliquib9 plātat9 eſſe dignoſcitur. Coram illo) rege (pcidēt ethiopes) .i. gentes nigre peccatis fidē eius humiliter recipientes eū deuote adorando (et inimici eius) .ſ. iudei in ſua ptinacia ⁊ obſtinatione pmanſuri (terraȝ lingent) .i. terrena cū magna auiditate ⁊ deſiderio more ſerpentis exquirēt. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent) qd cōpletū fuit de regibus q venerunt adorare xpȝ cū munerib9 qui venerūt de his puincijs hic deſcriptis q fuerūt figure gentiū q adorature erāt Unde ſequit. Oēs reges terre adorabūt eū oēs gentes ſeruient ei) qd mō impletū fuit tpe cōſtātini ipatoris q ad fidē xpi ꝯuerſus fuit cui tanq̄ monarche obediebāt oēs reges terre quo adorante videnf oēs alij adoraſſe qui etiam precepit vbiq̄ terrarū ad honorem xpi edificari eccleſias vel ſi nō modo ſaltem in iudicio cōplebitur vel omnes reges.i. aliqui de omni genere regum: ⁊ ita omnes gentes.i. aliqui de omni gente Seruient dico merito. Quia liberauit pauperem) .i. populum xpianum a poteſtate diaboli et liberauit etiā inopem cui non erat adiutor quia nec aliquis homo iuſtus nec angelus nec lex nec liberum arbitrium niſi tantū leo de tribu iuda rex noſter xps. Liberabit quidem pauperem ⁊ illi liberato. Parcet) peccata dimittendo (et animas pauperum) de domino confidentium (ſaluas faciet (prio tandeȝ corpora eorum ⁊ in iudicio futuro ſalua faciet ſalute perpetua. Et hoc ꝙ Animas pauperum ſaluas faciet ex vſuris) .i. reatibus peccatorum et ab ipſa iniquitate redimet animas eorum) a culpa ⁊ pena liberabuntur in futuro (⁊ honorabile nomen eoruȝ coram ipſo) qui nomine ſuo fuerunt inſigniti.i. qui xpiani vocātur: preclarum reuera nomen vt xpiani dicantur vt de ſuo rege reſplendeant ⁊ accepta vocabuli dignitate glorientur. Et viuet) rex xps in ſeculum ſeculi (et dabitur ei

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

de auro arabie) vnde poſt re-
ſurrectionē xp̄i multi impe
ratores et reges ad gloriam
reſurrectionis eius dederunt
p̄cioſa donaria inter que erat
aurū arabie ad edificationem
eccl'iarū ⁊ diuini cultus aug-
mentū in qb⁹ eccl'iis adorant
xp̄z fideles( ⁊ tota die benedi
cēt ei.) Qui die bn̄dicūt ei: et
merito: qꝛ ipſe Erit firmamē
tum) labenti infirmitati hu-
mane corda fideliū in fide cō
firmans in apoſtolis aliiſq;
diſcipul'is. qui ꝑ eminētia ſā
ctitatis mōtes appellantur
(et extollentur) ſup oēz cādi
dationē hui⁹ ſeculi (fructus)
xp̄i. ſ. ipſi ſancti qui exeuntes
de ciuitate eccleſie militaris
in ciuitate celeſti( florebunt
ſicut fenum terre( virētes bea
titudine ſempiterna hic eniz
tribulationibus afficiunt᷑ vt
ibi ꝑpetua gratulatione coro
nētur. Pro tātis beneficiis q̄
ſanctis ſuis confert. Sit no-
mē ei⁹ benedictū) in eternū
cuius nomen( permanet an-
te omnem creaturam que ſo
le illuſtratur. Et benedicen
tur in ipſo) domino ieſu xp̄o
( omnes tribus terre) ſicut a-
brahe dictum eſt in ſemine
tuo benedicētur omnes tri-
bus terre. i. aliqui de omni tri
bu;(omnes gentes magnifi-
cabunt eum) tanq̄ʒ dominū ⁊
ſaluatorem omnium. Et qꝛ i
pſo benedicētur omnes tri-
bus terre: ideo ſit. Benedict⁹
dominus deus videntium
ſe( qui facit mirabilia) ma-
gna( ſol⁹) ſua virtute. Et be-
nedictum nomē maieſtatis
eius in eternum) quod eſt ma
ius omnibus nominibus( et
replebitur maieſtate eius oīs
terra). i. omnes ſancti clarifi
catione eius replebuntur: et
quia rem valde deſiderabilē
optat dicit( fiat fiat)

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus. lxxii. in q̄ mo
net ꝓpheta vt eterna ample-
ctamur ⁊ pro illis deum lau-
demus.

Quam bonus
es. i. multū( de⁹)
videntium eum:
nō tamen ſic o
bus apparet qꝛ
non iniquis a quibus ſua bo-
nitas non ſentit᷑ ſicut nec ocu



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

lis egris delectabilis eſt claritas ſolis que ſanis eſt amabilis ſed eius bonitas ſẽtitur et guſtatur( ab his qui recti ſunt corde ).i. opera eiꝰ ſtudio pietatis itelligūt Propheta in perſona infirmoꝝ qui videntes proſperitatem malorum et iuſtorum aduerſitates et tribulationes incipiunt dubitare de bonitate diuine prouidentie dicens Me autem pene moti ſunt pedes) mei ad errandum et male ſentiendū de bonitate diuine prouidentie( effuſi) pcipitati a ſtabilitate ſiue vigore mentis( ſunt egreſſus mei) .i. effectus mei et opera mea Et hoc ideo. Quia zelaui) .i. grauiter tuli et indignatus ſum ſ( iniquis pacem) tranſquillitatem et temporalem felicitatem( peccatorum videns) pax tamen peccatorū vera non eſt ſꝫ falſa: et caduca pax qua conſciēcia ſemp litigat rixat intrinſecus et cū hoſtem non hēat ſecum ipſa decerta. Jdō āt effuſi ſt greſſus mei. Quia non eſt ) diſtinctio in morte iniquorum a morte iuſtoꝝ: ita ꝙ iniqui citius moriātur quam iuſti immo ſepe ꝯtingit contrarium nec eſt diſtinctio ī plagis ſiue in infirmitatibus( eorum ) ꝙ infirmitati iniqui tardius curentur quam iuſti immo ſepe iniqui velocius conualeſcunt habentes in promptu remedia curationum ꝑpter abūdantiam diuitiarum ſuarum Ideo ecce egreſſi ſunt quia iniqui. In labore hominum non ſunt )in ſolatijs et deletijs viuentes nec cum hoībus iuſtis tribulationū flagellis percutiuntur. Et quia tēporali felicitate gaudent. Jdō tenuit eos ſuperbia operti )in voluti ex omni parte( ſunt in iquitate ꝗtū ad primum et ipietate ſua qꝛ ꝯtra dn̄m blaſphemi ſunt ſua dicit qꝛ non a deo ſꝫ a ſeipſo hꝫ hō nequitiam ſuam. Et nō ſufficit eos eſſe malos in ſe: ſꝫ ēt. Prodīt) in aperto( iniquitas eoꝝ ) ex hac ſuper abundantia et ſuperfluitate bonorum huius ſeculi vt dent exemplum ſupbiendi: ꝛ depoſitio omni timore( trāſierūt a via recta( i. effe-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ctum cordis) vt ipleret q̄cquid cor prauū eorū deſiderabat eunteſpus concupiſcentias ſuas. Et hoc non q̄ſi ex improuiſo fecerunt ſed cum attentione q̄m. Cogitauerunt) intellectum ſuum et i duſtriam applicando ad maliciam( ꝛ locuti ſunt nequitiam) precipientes ſuis ſatellitibus eam exequi ad iuſtoꝝ afflictionem ſicut pꝫ in tyrānis( iniquitatem in excelſo locuti ſunt) blaſphemias dicendo de eo. Iniquitatem in excelſo locuti ſunt quia Poſuerunt in celum os ſuum) ſuperbie loquentes ꝯ dn̄ altiſſimum quem blaſphemabent dicentes deum vl' neſcire mala que differt in tpe vindicare: vel maloꝝ nr̄oꝝ nō eſſe vltorē( ꝛ lingua eorum trāſiuit) menſurā hūanitatis i loquēdo q̄ cum ipſi ſint imbecilles: ꝛ fragiles tenere imortales eſtimant dignitates.

¶ Quibus attentis inq̄t pͥpheta. Ideo ꝯuertet̄ ppl's meus) .ſ. pitrim⁹( hic) ad ꝯſideratione ꝟitatis ꝯparande ꝓſperitati maloꝝ iuxta aduerſitatē iuſtoꝝ: ꝛ hoc p dies) plenos: ꝛ vigilijs: ꝛ meditationibus. Qui videntes malorum pſperitatē. Dixerūt) q̄rētes: ꝛ admirātes( quō ſcit deus) iſta: ꝛ pmittit talia vl' ad hoc ſe extendit prouidētia dei excelſi. Quādit vn̄ vīdetur ſibi q̄ videatur neſcire iſta inferiora. Ecce) in manifeſto eſt( ipſi peccatores: ꝛ abundantes) in malis huius ſeculi( obtinuerunt diuitias) qđ valde iniuſtum vr̄ vn de ſi deus iſta i feriora ſcire aut curaret n̄ ſuſtineret iſte Attēto q̄ peccatores abunda a i diuitijs. Dixi) in pſonat dubitātis: ego exercitat⁹ in iuſticia: excelſus abonis predictis tpalib⁹ pctōres abūdāt ergo fruſtra (iuſtificaui cor meū) cauēdo a pctis: fruſtra mūdaui opera mea( inter innocētes) vt eſſem de numero coꝝ. Et) fruſtra ſepe tribulatiōib⁹( fui flagellat⁹) ſuſtinui penas ac penuriā( et caſtigatū mea) de pctis ꝓteritꝭ ( in matutinis) .i. nō differūt: ſꝫ velocit̄ adhibet̄ malis ꝓo vl' nulla caſtigatio vl' ſera ad



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

hibet. In oppoſitū arguens ex auctoritate ſanctorum ait (Dicebant ſi narrabo ſic).ſ. ꝙ dixerunt hoc eſt. ſḡ non hr̄e ſētentian horum inferiorum ꝛ curam n̄ hr̄e ſeruorum ſuorū ſicut p̄dicti heſitāt de ꝓuidentia (ecce nationem) .i. dicta filiorum tuorum ſanctoꝝ patriarchaꝝ prophetarum (reprobaui) omnes ei aliter docent quibus credere debeo Sed ne ꝓbare viderer dicta patrum ꝛ priori doctrine ita cito cōtradicere. (Exiſtimabā) .i. cogitabā dare oprā (vt cognoſcerē veritatē cur.ſ.i p̄nti de⁹ ꝑmittit pctōres ꝓſpari ꝛ iuſtos deficere ſ3 (hoc laborioſū et difficile (ē an̄ me): ſupegredit̄ em̄ facultatē itellec⁹ me Hoc labor eſt ante me. Donec intrē ꝛ me ntā ſtudio dicta ſacr̄ ſcripture q̄ (ſanctuariu3 dei dr̄. q2 deus in ea loq̄tur (ꝛ intelligā nouiſſima eorū).i. punitiones malorum ibūt.n.hi in ſupplicīū eternū licet hic tpaliter floruerint ꝛ p̄mia iuſtoꝝ q̄m iuſti ibūt i vitā et̄nā l3 hic tpaliter fuerit afflicti

De quibus ſcriptura ſacra i vtroq3 teſtō plene loquitur. ¶ Declarat hic dicta3 determinationem ſecundum eaq̄ dicit in ſāctuario et ad eaq̄ ex aduerſo inducebantur de pſperitate malorū et longa eoꝝ vita dicere ꝙ non eſt ſic ſemp īmo ſepe breuiatur vita eorum et temporalis eoru3 felicitas cito euaneſcit dicens (Veruntamen propter dolos et fraudes quibus mal⁹ affligunt innocentes tu deus i (poſuiſti eis) finem ſue tēporalis pſperitatis ſubtrahēdo eos cito de vita p̄ſenti ꝛ ſepe (deieciſti eos ab altitudine ſuperbie eorum (d3) adhuc eēnt in argumēto felicitatis ſue. ¶ Unde propheta videns nouiſſima malorum et admirans ait. (Quomodo) qui heri tanta felicitate pollebāt reb⁹ omnibus priuati tā (ſubito defecereunt) de vita p̄nti ꝛ perierūt) eternal̄r (ꝓpter iniq̄tatē ſuā) Sic eoꝝ proſperitas euaneſcit Sicut ſōniū (ſurgētiū q2 velut hō i ſōnis accipiens diuitias cū euigilat nichil iueīt ſic gl'ia ipio

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rum cito euaneſcit ⁊ interitu populi tui gloria eoꝝ ad nichiluꝫ rediges.( Q᷑ īflamatum eſt cor meum )ꝑ dei purā dilectioneꝫ et renes mei ꝯmutati ſī)in caſtitatē ꝑ carnalis ꝯcupiſcentie repſſionē que viget in renibus(ego ad nichilū redact⁹ ſūt in mea reputatione et neſciui ).i. me ignorante reputaui quanto n. plus quis deo ꝑ caritatem ꝯiungitur tanto magis hūilis in ſua reputatione efficit̄ vñ ſequitur Ut iumentuꝫ fctūs ſuꝫ apd̄ te ſine murmure on⁹ domini portabo(⁊ ego ſꝑ tectum ).i.in tua fide ſemꝑ pſeuerabo. Ex hoc q͛. Tenuiſti manum dextere mee )dulciter in tua ꝓtectione accipiendo ⁊ ꝑ(volunta te tua nō meis meritis( deduxiſti me ) de virtute in virtutem(et cū gloria ſuſcepiſti me ) in futuro ad beatam vitan me trāſferēdo. ¶ Propheta ꝯſiderās q͛ quanta electi gaudia expectēt in futura vita dicit ex perſona eorum ad mirādo Q᷑uid michi(inq̄d) ē icelo ꝑparatum.ſ.ineffabilis glia quā nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hōis aſcendit per conprehenſionem et deinde quaſi redarguens ſemetipſum q̄ terrena cōcupierat dicit(et a te qd̄ volui ſuper terran ) quaſi diceret ego veritatis ignar⁹ quia talia ſuper terran ſperabant vt pctōꝝ bona cup erēt habere communia cū tu beneficia pares in eternitate menſura Attents magnitudine in explicabilis glorie tue. Defecit )pre deſiderio( caro mea ) ⁊ cor vtrunq̄ꝫ ſuſpirat ad illū peruenire( deus cordis mei) creator ⁊ beatificator( pars mea deus i eternum )a quo numq̄ꝫ ſeparabor. Jō facio te partem mean o deus. Q᷑r ecce q̄ elōgāt ſe a te )ꝑ turpē ⁊inhoneſtā vitā(pibūt )dānatione perpetua( ꝑdidiſti oēs qui )aliud q̄ꝫ te q̄runt tanq̄ꝫ vltimum finem. Eligant aliꝫ quid volunt diuitias potentiā nō honores. ⁊c. ſeculi bona Michi autem adherere deo bonū eſt )vera fide ⁊ operū ꝓbitate ꝯiunge bonū michi vt deū eligā in quo oim. bonoꝝ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

plenitudinẽ poſſideã et ponere i deo ſpẽ meã) q2 nihil põt eſſe beatus ꝙ illi oĩa cõmittere qui cognoui ſuis cultoribus congrue profutura preſtere. Interim autem hoc erit officiũ mei. Ut annunciẽ oẽs predicationes tuas) que debent ad verã fidẽ percipiẽdã annũciari fidelib⁹ tuis ad gloriam tuam ⁊ vtilitatẽ eoꝝ in auribus filioꝝ ecclesie.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.lxxiij.i quo monet vt relictis figuris veritas teneatur: et contẽtis tranſitoriis eterna querantur.

¶ Introductio

¶ Propheta admirans et cõquerens de captiuitate populi iſrael ait.

Utquid o deus q es creator noſter repuliſti) nos q̃ſi alienos a defenſione tua ex toto( ⁊ iratus eſt furor tu⁹ ſuper oues paſcue tue) .i.populum iſraeliticum quẽ pauiſti manna in deſerto.xl.annis vſq3 quo introduceres euz in terram melle et lacte manantẽ. Memor eſto congregationis tue) ppli.ſ.iſraelitici quẽ congregaſti in egypto ⁊ elegiſti in populum peculiarem quẽ poſſediſti a tpe patriarcharũ qui fuerunt initium illius populi. Memor eſſe debe eius o deus: quia olim. Redemiſti ).i.liberaſti ꝺ pharaonis ſeruitute populum iudaicuz qui fuit hereditas tua q̃zdiu tibi animo ſeruiebat q̃ (virga dicitur)propter moyſem famulum tuuz cui iuſſiſti per virgaz)magnalia facere vt diuina virtute iudei roborati de terra egypti egrederẽtur intrepidi que hereditas eſt( mons ſyon ).i.ciuitas hierusalez in qua eſt caput regni ⁊ ibi eſt mõs ſyon in quo cõditũ eſt templuz in quo tu corporaliter( habitaſti) factus homo. Quia tanta beneficia feciſti huic populo: o de⁹. Leua) virtutez potentie tue que videt fuiſſe remiſſa ꝯtra eos ad frãgendũ( ſuperbias) babiloniorũ a quibus euerſa eſt hieruſalem: et hoc facias in fine ).i.oſtende et vide ꝙta malignatus eſt inimicus ).ſ.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rex babilonie cuz populo ſuo
(in ſancto).i.in templo:in ſa
cerdotio:et ī ceteris ſacramē
tis Et qđ ſceleratiſſimum eſt
vbi ſequi debuiſti penitudo.
Gloriati ſunt)vt non ſolum
peccaſſe.ſed ipſuz quoqꝫ ma
lum ad gloriam ſuaz traxiſſe
viderentur:o domine non eſt
patienter hoc ferendum quod
ab his(qui oderunt te)ad ma
gnum contēptum tui cogno
ſcitur eſſe perpetratum maxi
me cum(in medio)atrio;tem
pli in quo paſcalis ſolēnitas
ſolebat celebrari ſacrilegiuz
commiſiſſe dicantur. Poſue
runt)vexilla quibus in prelio
vtebantur ſigno victorie ſup
ſummitates turrium ⁊ porta
rum(et non cognouerunt)ini
mici hec facientes ꝙ illa vi
ctoria eſſet ex parte propter
peccata populi iſraelitici:po
ſuerunt dico(ſigna ſicut ſo li
tum eſt in exitu belli ꝙ victo
res ponunt vexilla ſua(ſuper
ſummum)locum.Et exagge
rando eorum nequitiam ſub
iungit. Quaſi in ſilua).i.ſicut
homines(ſecuribus)cedunt
ligna in ſiluis nullo prohibē
te ita iſti(ianuas)templi ab
ſqꝫ vlla reuerentia et timore
perſeueranter et conſtanter
(idipſuz)vnanimit̄ fecerūt
(in ſecuri ⁊ aſcia)que ſunt in
ſtrumenta fabrilia(deiecerūt
eā).ſ.ciuitatē. Incenderunt
igni ſāctuariū tuū)tēplū di
uino cultu dedicatū:ꝙ ei nō
poterant excidere ſecuribus
igne ꝯburebāt vſqꝫ ad terraz
deiciētes(polluerūt taberna
culū nois tui)nā capto tēplo
ī molauerūt ydolis ſuis atri
buētes eis victoriā habitam.
Dixerunt in corde ſuo)tota
illa hoſtium multitudo cōue
niens ſimul conſiliariter:vt
deus hebreorꝫ amplius nō co
leretur dixerunt cōcluſiue(in
corde ſuo)et deinde ore pro
tulerunt(quieſcere).i.ceſſare
(faciamus omnes dies fe
ſtos dei a terra)omnemqꝫ cul
tum dei hebreorum vt am
plius non ſit in terra gloria
nominis eius. ¶ Propheta
inducit verba quorumdam
apoſtatarum iudeorū q̄ tunc
temporis tranſierunt ad cal
deos dicebāt enī i multis tū
mentientes. Signa)noſtre

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

liberationis (non vidimus) talia qualia data ſunt patribus noſtris ĩ exitu de egypto) iam nõ eſt propheta qui annunciet nobis dei voluntatẽ z ſic debem⁹ eum relinquere ſicut relinquit nos vnde dicũt (nos non cognoſcet ãplius.) ¶ Prophã tot mala vidẽs aduenisſe populo iſraelitico orat ad deum allegando eius potẽtiã ad ſubueniẽdum dicens. O deus vſquequo) popul⁹ gẽtilis (improperabit) populo iudeorum q̃ deos eorum non ſit deus ver⁹ cũ nõ ſaluet eos i quo (aduerſarius irritat nomen tuũ nimis) diu Ut q̃d auertis potẽtiã tuaz) viſitatẽ a populo tuo z virtutẽ tuã quã videris) ĩ ſinu tenere: differt extrahere ad pcutiendũ hoſtes ppl'i tui quẽ ſẽp fouiſti ¶ Prophã reuertit̃ ad loquẽdũ de ſalute vniuerſali hũani gñis Rex nr̃) qui eſt) de⁹ añ ſecula (z nunc (hõ opatus eſt ſalutẽ ĩ hieruſalem ĩ qua ſalutis noſtre myſteria parauit que dicitur eſſe (in medio terre.) Tu confirmaſti in virtute tua) gentes que maris vocabulo deſignãtur ne fluerent in vitia perduxiſti ad nichilum (capita draconum).i. potentias et ſuperbiaz ſpirituũ immundoꝝ in aquis baptiſmatis qũ aias quas illi peccatoꝝ ſordibus inqnant ſalutaris vnda mundat. Tu cõfregiſti capita).i. ſupbiam z ptãtez (draconis) principis demoniorum leuiatam que de ſupbia ei⁹ de celo deiecta eſt z natiuã claritatẽ retinere non meruit qui ſe voluntaria obſcuritate maculauit z (dediſti eũ eſcam) deuorãdũ z cõſumẽdũ (ppl'is ethĩcpiuz.i. peccatorib⁹ q̃ añ cõuerſionem ſunt tenebroſa mẽte teterrimini: qui a dominuz conuerſi eſcã ceperunt habere diabolum cum de eius detractione ſatiãtur: ſic ſolem⁹ dicere dtractorib⁹ cur me rodis: cur me comedis: ſic fit vt qui a paganis ante venerabilis nunc a xpianis detractionum morſibus corrodatur. Et feciſti per predicatores tuos: qm̃. Aperuiſti fõtes et torrentes (ſcripturas noui z veteris teſtamenti vt emana-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rent liquore ſapientie ꝛ diui
tias fidei (tu ſiccaſti fluuios
ethã).i.doctrinas: ꝫ boſita-
tis vanitates pſu ꝑtuoſoꝝ ho
minum magnoꝝ iudeoꝝ: pha
riſeoꝝ et hereticorum. Tua
eſt dies).i.claritas noui teſtī
(tua eſt nox).i.obſcuritas ve
teris teſtī: vtrumqꝫ quidem a
te emanat vtrūqꝫ te laudat et
bñdicit (tu fabricatꝰ es auro
raꝫ ꝛ solē).ſ. incipiētes ꝛ ꝑfe
ctos ſapiētes: ꝛ minꝰ ſapien
tes. Tu feciſti oēs terminos
terre) apłoꝝ.ſ.ꝛ alij ꝑdicato
res xp̄i qui ſicut termini diſti
guūt fines agroꝝ: ita iſti vere
fide iura defendūt (teſtatem.
i.feruētes ſpū q̄ ad martiriū
gr̄a dei ꝑueniunt (ꝛ ver).i.ſo-
brios ꝛ māſuetos ſicut ſūt ſā
cti confeſſores (tu plaſmaſti
ea).i.oēs gradꝰ ſctōꝝ.i.fuiſti
ꝑncipiū eoꝝ oim vn̄ gliēt q̄
ſi nō acceperint ¶ Prophā
ꝑcat ꝓ iudeis ꝑ iū iudic ē vt
idulgeat iudeis q̄ ad eū ꝯuer-
tent dicēs Memor eſto huiꝰ)
creature ſupius ꝯmemorate
ꝛ ꝓmiſſiōis ſctē iudeis ꝛ lꝫ (ii
micꝰ).ſ.ꝑpłs iudeoꝝ q̄ tunc
fuerūt (improperauit domino)
dices demonum hēs ꝛ idem
populꝰ inſipiēs ꝓuocauit)
ad iraꝫ (nomen tuuꝫ) dicens:
ſi filius dei eſt deſcendat nūc
de cruce nichilominus indul
ge et recipe ad miam venien
tes ad te. Sed o dñe. Ne tra-
das beſtijs).i.demonibꝰ ani-
mas confitentes tibi pctā ſua
ſeu laudantes te: et aīas hūi
liuꝫ ne obliuiſcaris oio: ſꝫ ele
uare eas ne in pctis ꝑſeuerēt
Reſpice).i.ꝯſiderat promiſ-
ſiones tuas quas in vtroqꝫ te
ſtamento feciſti ꝙ ſperantibꝰ
in te eſſes in auxilio: ꝛ venien
tes ad te miſericorditer ſuſci
peres cuiuſmodi ſunt paupe
res hūiles de diuitibꝰ ſup bis
ñ loquoꝛ (qꝛ repleti ſūt) ini-
q̄tatibꝰ (q̄ obſcurati ſunt) qꝛ
lumē ſapie ꝑdiderūt terrenis
deſiderijs excecati. O dñe qꝛ
ꝓmiſiſti. Nō auertatꝰ humilꝰ)
.i.nō abiciatꝰ a te q̄cūqꝫ de ſup
bo fcūs eſt hūilis ꝛ (ꝯfuſꝰ) q̄
erubeſcit de pctīs ſuis (pau-
ꝑ ſpū verꝰ (ꝛ inops) ē q̄ nihil
d̄ ſe ꝑſumit: ſꝫ oia deo tribuit
iſti tales (laudabūt nomen tu
um) ¶ Qꝛ ꝯtēptꝰ ē xp̄s a iu-
deis ābulans in terra ꝛ falſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

xpianis ſedens in celo inquit propheta. ¶ Exurge deus iudica cauſam tuam, vt illi manifeſta veritate predicēt quod p⁹ ſtulte abnuebant (memor eſto in properior tuor eor ꝗ ab inſipientie) obiecta( ſunt tota die. Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorū) quin eorum blaſphemias deprimas nō ei ab iniquitate ceſſabūt ſed (ſupbie eor ꝗ te oderunt aſcēdit ſp) intm aſcēdit ſupbia regis babilonis vt faceret ſe adorari tanꝗ deuz in aurea ſtatua quam erexit.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.lxxiiij. in ꝗ monet neq ſuperbus de ſe preſumat nec humilis de deo deſperet.

¶ Introductio.

¶ Propheta in perſona populi iudaici qui erat chriſto domino crediturus ait.

CONfitebimur tibi deus) maieſtatem tuam adorando( confitebimur) confeſſione laudis( et inuocabimus nomen tuum) vt a te qui vocaris ieſus ideſt ſaluator ſaluemur. Narrabimus) predicabimus vbiq terrarū (mirabilia tua) de creatione mūdi de redemptione humani generis. ¶ Rñdet de⁹ populo dicenti confitebimur tibi ꝛ inuocabimus nomen tuū (cū accepero tēp⁹) diſpoſitū ſecundum ordinem ſapiētie mee: ſentētias iuſtitie ponā ī effectu reddens tibi pro merito tuo: et aliis ſimiliter ꝛ impios puniendo. Et opus eſt vt nō differam qm̄. Liquefacta eſt terra).i. humana nam a ſtabilitate virtutis: et iuſticie vt in diuerſas defluat cōcupiſcentias: terraz dico .i. (oēs qui habitant in ea) liquefacti ſunt: ꝛ corrupti ꝑ peccata ſꝫ (ego) motus inīa( cōfirmaui columnas) ꝗ in paſſione mea mutauerunt .ſ. apoſtolos meos ꝗ toti⁹ eccleſie ſūt ſuſtētamentum: ꝛ per illos acquirētur multi qui digni erūt in iudicio remuneratione eterne vite. Et ꝑ illos .ſ. aplos. Dixi iniquis) omnibus in generali( nolite inique agere) ſed cito currite ad medicuz( ꝛ delinquentibus) cōtra precepta

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mea dixi (nolite exaltare cornu) veſtrum per ſuꝑbiã dicē dos vos eſſe iuſtos: et inculpabiliter viuere: aut per eleuationem pctã veſtra defendendo. aut pctm̃ ꝓpriũ per alios excuſando vt ꝑ dyabolum vel per ſuaſores vel per neceſſitatem. Nolite extollere in altum (ſ. ꝟbie (cornu vr̃z) cõtra deũ vt dicatis vos culpa creatoris eſſe peccatores qui tales vos creauit. ¶ Et quid ſit in altũ extollere cornu exponēs ait (nolite aduerſus deũ loqui inequitatē) Nolite dico hoc facere. Qr nec ab oriente nec ab occidente nec a deſertis mõtibus (nec ab aliq̃ mundi pte pt̃ qs effugere iudiciũ dei q̃ vbiq3 tot⁹ cõſtat eſſe pñs (qm̃ de⁹ iudex eſt) ꝛ iuſt⁹. Hic (ſ. ſꝟbũ (hũiliat (hic: ꝛ i alia vita (ꝛ hũc) ſ. hũilē (exaltat) multiplicãdo eũ i virtutib⁹: ꝛ tādē i glĩa coronãdo q (calix) .i. diſpēſatio diuini iudicij in q̃ ꝓpinaṫ vnicuiq3 pro merito ſuo ſicut propinaṫ de calice: calix dico (vini meri) in quo ꝓpinaṫ vinũ merũ .i. glĩa eterna (plen⁹ mixto) .i. pena q̃ ꝑcitaṫ mali vt uniq3 concurrit in diuino iudicio. Et inclinauit (predictum calicem (ex hoc in hoc) quia per illũ calicē ꝛ bonis bona: et malis mala ꝓpinat (verũtñ (fũdus calicis i quo ſunt feces (nõ eſt (exinanitus q ſemꝑ remanet: ꝛ in deo virtus ad puniendũ pctõres: et q ſp in perpetuo punietur vñ ſequiṫ (bibent omnes peccatores terre) .ſ. illã penam in eternũ. ¶ Vox xp̄i eſt in mēbris ſuis (Ego aũt (i mēbris meis gaudebo (q̃diu ſeculũ erit ꝛ (cãtabo deo iacob) illorum q̃ penitentiam agentes quotidie vitia ſupplantant.

¶ Argumentum.

¶ Pſalmus.lxxv. in quo cõmendatur deus ex multis bonis que confert.

¶ Introductio.

¶ Vox eccl'ie olim anteq̃ illuminaret crux mũdũ anteq̃ videreṫ dominus in terra.

Notus erat (in iudea deus) cui legē dederat atq3 ꝓphãs: nõ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

... in aliis terris vbi nõ vigebat verus dei cultus nec ſcientia legis et prophetarũ (et in iſrael magnum nomen eius) quoniã ſolus ille pplꝰs vnũ verꝫ deum adorabat. Factus ẽ in pace locus eiꝰ).i.in aĩa hũili ꝛ quieto q̃ aduerſus mãdata dñi ꝯria volũtate nõ litigat q̃ ſequit̃ iuſſa ꝺñantis et ad oẽ pceptũ diuinũ ſuum flectit arbitriũ (ꝛ hĩtatio eius ĩ ſyõ).i.in aĩa q̃ deuꝫ ſincera mente ſpeculat̃. Ibi).ſ. vbi dñs pacis habitare dignatur pereunt oĩa inimica pacis vñ (confregit) hoc p parte ꝛ in futuro totaliter (potentia q̃bus diabolus fideles impugnat confregit q̃dem (arcum doloſitatis hereticoꝝ (ſcutũ) incredulorũ iudeoꝝ (gladiuꝫ) tyrãnoꝝ) bellum vitioꝝ: vbi eñi actor pacis venit oĩa iſta fugiunt. Tu q̃ cõfregiſti potẽtias: es. Illuminãs) fideles tuos cognitione ſummi boni (a montibus eternis).i.per apoſtolos tuos qui mõtes eterni dñr: q: eterna et incommutabili ſublimitate conſiſtunt mirabiliter: q: predicationeꝫ ſuam exemplis roborabũt et miracul̃ cõfirmabũt (turbati ſunt oẽs inſipiẽtes corde).ſ. phariſei et ſeculi ſapientes audiẽtes noua precepta annunciari: et recidentes a vero lumine tenebroſa mũdi deſideria ſunt ſecuti. Quid autem his inſipientibus corde contigerit ſubiungit dicens Dormierunt ſomnum ſuum) mortis (et nichil inuenerunt omnes viri diuitiarũ (cuiuſmodi ſunt qui pecunij captiua mente deſeruiunt (in manibus ſuis) ſiue in poteſtate ſua ſicut euigilãs a ſomno nichil inuenit quod ſe hẽre putabat. ¶ Inexcuſabiles ppheta oñdit illos incredulos dicens. Ab increpatione tua deꝰ iacob) cũ increpares eos pte ꝛ p pdicatores tuos (dormitauerunt) ſancta monita tua negligent̃ audiẽtes: ꝛ idõ merito culpabiles redduntur iſti aũt ſũt (q̃ aſcenderũt equos) .i.q̃ in ſupbia creſcẽtes quaſi equis currentibꝰ mũdi iſtius illecebras puagant̃. Tu (deꝰ qui hoc feciſti terribilis es) futurꝰ impijs in iudicio. qñ in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

gloria maieſtatis tue veniēs ſuperbos addixeris ꝛ humilibus corde perpetuā cōtuleris dignitatē (et quis reſiſtet tibi).i. nullus vtiqꝫ (ex tūc) apparebit (ira tua) quia nihil vlterius per patientiam diſſimulabis. De celo.i. de ſūmitate potētie diſcēdet iudiciū) ſancꝫ fortiſſima certaqꝫ manu iaculum deſignatum (terra).i. terreni homines qui diuine ſententie auctoritate dānandi ſunt (trement) cum audierint vel ignē eternum (ꝛ quieſcēt) cum in perpetua dānatione recipiētur: ſed quies iſta ſine requie eſt quia quieſcent a malis operib⁹ ſꝫ ſuplicio nō qeſcūt qppe: qꝛ eterna flāmis cruciādi ſunt Quū erit hoc. Cū exurgeret in iudicio deus) tunc terra.i. terreni homines peccatores trement: exurget autem deus ad iudicium non ad ſolam damnationem maloꝝ: ſꝫ (vt ſaluos faciat oēs manſuetos ꝛ quietos terre) quieta terre ſunt q nullis vitiis mundi huius inflammata voluntate rapiuntur: ſed equali ſe moderatiōe tractantes pacem mētis probantur habere tranquillam.

¶ Propheta loquutur⁹ de votis deo redendis ait. Cogitatio homis cōfitebitur tibi qm̄ pctā preterita humilitatis ſatiſfaciōe dānauerit (ꝛ reliquie cogitationis).i. recordationis pctōꝝ p⁹ effuſas lachrimas et aſſiduā cordis cōtritionē p̄teritoꝝ criminū (diem feſtū agēt tibi) grās agēdo: qm̄ ſentit ſe hō a pctis liberū. Vouete) qꝺ qꝛꝫ poterit (ꝛ reddite dn̄o dō veſtro) qꝛ diſplicet deo infidelis promiſſio nō dicit q vota reddamus: ſꝫ intelligit vt qꝺ pmiſerim⁹ reddam⁹: qb⁹ aūt loquit ſubiungit (oēs q in circuitu affertis munera) nō dē hereticis nō paganis: ſed eis qui altari ei⁹ munera) reddere catholica inſtitutione feſtinant in circuitu res agitur cū munera fideliū ſacratiſſimis altarib⁹ offerūtur. Nolite negligere reddere vota veſtra qm̄ vouiſtis dn̄o. Terribili) terribili dico non ſolū paruis: ſꝫ principibus et regib⁹ quoꝝ aufert ſpm̄ qm̄ vult nul



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

luſem eorum vltra velle dei viuere poteſt.

¶ Argumentum.

¶ Pſalm⁹.lxxvi.i quo monet deſideria ⁊ illecebras ſeculi calcare ⁊ nihil ſibi ppo-nere niſi deū a quo ſunt oīa.

¶ Introductio.

¶ Vox eccleſie.

Voce mea ad dn̄m clamaui ) intentione deuotiōis nihil aliud ꝙ ipm expetēs: ſꝫ eū ſolū ſup oīa ꝯſideraui( voce mea ad dn̄ꝫ ; ⁊ nō fruſtra: qꝛ( itēdit michi ) benigne me reſpexit. Marie In die tribulatiōis mee deum exqſiui) ſolū (manib⁹ meis) nō ſolū credādo ⁊ orādo ſed operib⁹ bonis (nocte ).i. in pn̄ti vita: q ꝯtuis lucē hr̄e videatur pctōꝝ tn̄ obſcuritate fuſca ē( coram eo ⁊ nō ſum decept⁹ ).i. defraudat⁹ a ſpe quā in eū pieceram: ꝯſecutus eni ſum effectū orationis mee. ¶ Renuit cōſolari aīa mea ( in iſtis reb⁹ mundanis ⁊ caducis ſed ( memor fui dei ) inq̄ eſt ſumma ſuauitas ⁊ ) in ei⁹ memoria ( delectat⁹ ſum ⁊ exercitat⁹ ſum ) iquirēdo magnitudinem tue potētie ⁊ ſapiētie ⁊ cū i contemplatione mea tractarē quali potētia oīa contineas quali ſapia oīa diſpōas ⁊ tā multa mirabili ordinatione diſpēſas ( defecit ſpūs me⁹ ) qꝛ icōprehēſibilis es. Anticipauerūt vigilias ocl'i mei an̄ alios ſurgēs ad ꝯtēplandū ⁊ in ipa mea ꝯtēplatione ( turbat⁹ ſum ) recordatione peccātiū qꝛ hūanū gen⁹ i delictorū pcipitia ruere videbā ( ⁊ tacui ) qm̄ i pfunda nocte non habui ſolatiū hūani colloquij. ¶ Cogitaui dies antiquos ) qb⁹ hūanū gen⁹ pctīs tenebatur obnoxiū q caduci ſūt ⁊ labili varietate fugitiui ⁊ admirat⁹ ſum cur labētes dies ⁊ quos tenere nemo pt tātopere deſiderat et querat hūanitas ( ⁊ annos eternos ) q ſp ſtant: q nō tēporū labētium momentis excurrūt: ſed eterna ſtabilitate firmantur: q ſoli ſunt ſpālr appetendi: negligebam⁹ ꝯtenuebamus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

nec credebamus eſſe: dñi eos in pñti non valebam⁹ aſpicere. Et meditat⁹ ſum nocte) in pñti vita (cuz corde meo) .i. cũ oratiõe mea (ꝛ exercitabar) vt cognoſcerẽ q̃ poti⁹ tenendũ ſit (ꝛ) vt melius intelligerẽ (ſcopebã) .i. diſcutiebam ꝛ mũdabaz (ſpm meũ) ne qd ſordes ne qd diuinis ꝯſpectib⁹ diſplicẽs i eo remaneret. Meditat⁹ aũt ſum dicẽs (Nunqd ineternũ ꝓiecit deus) gen⁹ hũanũ vt nõ aduẽt⁹ ſui miſeratiõe reſpiciat (aut nõ apponet) ſiue addet (vt ꝯplacitior) .i. mãſuetior (ſit adhuc aut) totaliter. Miſericordiã abſcidet) a (gñe humano) .i. ci tpe: certe nõ qm̃ in nouiſſima etate mittet filium. Aut obliuiſcetur miſereri deus) certe non: qꝛ natura miſericors eſt: ꝛ miſericordia ab ei⁹ maieſtate nũq̃ȝ diuiditur aut continebit in ira miſericordias ſuas) .i. ira vincet miam: certe non: qꝛ potius mia vincet irã. Hoc ita cogitabam apud me (ꝛ) poſt hoc. Dixi) reſpondendo meditationi mee (nũc ceꝑi) quaſi intelligerem qꝛ fuit tacituz ab eternis tꝑibus. ſ. q̃ hõ reduceret ad annos eternos ꝛ (hec mutatio) eſt (dextere excelſi) .i. fauoris ꝛ ꝓpiciationis filij dei q̃ eſt dextera dei patris: qm̃ niſi corpus noſtrũ acceperit: nos miſericordiã accipere nõ poſſumus: ꝛ de conditione ſeruili mutemur in filios. Et ꝑ hoc intellexi illam mutationem futurã: qꝛ Memor fui operũ dñi) .ſ. q̃ creauit hoiez: et ſicut eũ ꝑ miaz creauit: ſic intellexi q̃ eũdẽ ꝑ miaz reparabit (qꝛ) ẽt (memor ero mirabiliuz tuorum) que feciſti ab initio humano generi: eidẽ pius miſerator i multis idulgẽdo: ꝛ ſic ſpo q̃ ẽt nũc idulgebis. Et meditabor in oibus opib⁹ tuis) ꝛ te in eis artificẽ potẽtiſſimũ ꝛ ſapientiſſimũ ꝯtẽplabor (ꝛ in ꝓceptis tuis ſalutarib⁹ q̃ tu iueniſti hũili deuotione (verſabor. Prophã in his eruditus in laudes ꝓrumpit dicens. Deꝰ) pr (via) veniendi ad te eſt i xp̃o ſiue ꝑ xp̃z q̃ ait: nemo venit ad prẽm niſi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

per me(quis deus magnus ſi
cut deus noſter) nullus imo
(tu)ſolus:ꝛ non alius(facis
mirabilia)tam in anima q̃ȝ i
corpore. Notā feciſti virtu
tem tuam).i.filiuȝ tuum q̇ ē
virtus ꝛ ſapia q̃ȝ eum in mū
dum miſiſti ipſe ēt eſt brachi
um in quo(redemiſti pplm
tuum).ſ.credentes ex iudeis
ꝛ electos ex gentibus(Notā
feciſti virtutem tuā)nam cū
notum feciſti filium tuū p eū
Uiderūt).i.cognouerūt te fi
de ppl'i de iudeis ꝛ pplis gē
tibꝰ ꝛ timuerūt potentiā tuā
viſis miracl'is(ꝛ turbati ſūt)
ſalubrit' infideles q̇ erāt ſine
fundamento fidei errorē ſuū
confitētes ꝛ veniam poſtulā
tes. Et tunc. Multitudo ſo
nitꝰ aq̃rū)audituꝰ ē ſonātium
i laudibꝰ dei de miſſiōe filij i
cōfeſſiōibꝰ pctōꝝ ingēitu cul
paꝝ:i oſonibꝰ in grāꝝ actōi
bꝰ:q̇ ſonitꝰ ꝓuēit q2(vocē de
derūt nubes).i.p̄dicatores p
orbē terrarū oībus gētibus
p̄dicando xp̄m. Uere dederūt
vocē ſuā. Etenī).i.q2(ſagit
te tue)o deus.i.voces p̄dica
toꝝ tuoꝝ corda fidelium me

dicinal'r penetrarunt ad ſalu
tem et(vox)ipſa predicatio
nis apoſtolorum que ſonum
et fulgorem et timorem hūa
nis peccatoribus inferebat
totius orbis circulum ꝛ ābi
tum cinxit.vn̄ ſequitur Illu
xerunt)per apl'os diuina pre
cepta veritatis lumine radi
antia coruſcādo miraculis
que tenebras hominū per to
tū mūdū ſalutari illuminatōe
fugauerūt vn̄ cū mota eſt ter
ra).i.hoīes ad ꝯuerſiōeȝ ꝛ cō
tremant agendo pñīteñtiaȝ ꝓ
pctīs: eos āt dicit cōmotos
ꝛ tremefcōs q̇ ꝓbū fidel'r au
diētes ad ꝯuerſionis ſtudium
xp̄i mūe' ꝓueneſt. Et p ipſos
apl'os ſic opātes. In mari)
gētiū(via tua)nūc q̄ dudum
erat i iudeoꝝ ppl'o:ꝛ p̄cepta
tua recepta ſūt a pluribus po
pul' gētiū ꝛ tn̄(veſtigia tua)
ſ.p̄ſētia tua corpalis doctria
miracl'a(nō)ſūt ab infidelibꝰ
iudeis cognita. Cū tn̄. De
duxiſti)illū(ppl'z)quōdā(tu
um d egypto)ad modū ouiū
(i manu moyſi)q̇ fuit dux po
puli(et aarō)quē ꝓfeciſti tu
deꝰ ſacerdotē omni populo.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

¶ Argumentum.
¶ Pſalm⁹.lxxvij.i q̄ monet pplm̄ ne ſit ingratus de diuinis beneficijs. ¶ Introductio. ¶ Vox dei qui per moyſem legem dedit hebreis.

Attēdite corde (pp̄le meus legē meā īcliate) ꝑ humilitatē (aurē veſtri cordis ad intelligendū (verba oris mei). Aperiam os meum) in figuris et ſimilitudine ex quibus ad alia capietis intellectum (loquar) obſcuras q̄ōnes que adhibita diſceptatione ſoluende ſunt (ab initio) exitus filiorum iſrl̄ de egypto. ¶ Vox aplorum ſeu propheta in perſona eoꝝ. Quāta).i. q̄ magna q̄ mirabilia (audiuim⁹) bñficia exhibita populo iudeorum in egreſſu ſuo ⁊ de egypto ⁊ i.pgreſſu in deſerto et in igreſſu terre promiſſionis (et cognouimus ea) quia (patres).ſ. prophete (narrauerūt nobis) q̄ tū iudei īgrati fuerunt Et ita narrātib⁹ prībus. Non ſunt occultata a filijs) ſuis i ſuccedētib⁹ ſibi gñatōtibus pſes nſi. Narrauerunt opera dei in quibus merito laudandus appet deus (et virtutes eius) que in egypto facte ſt̄ poſt q̄ exierūt de egypto. Et poſtea Suſcitauit) in populo iudaico (legem in monte ſynai q̄ dr̄ teſtimonium (locutionis diuine cū populo et q2 teſtabat̄ hereditatē eternā quam nobis promittit deus dicit (ſuſcitauit) quia lex naturalis quaſi i lucem redit per (legē) ſcriptam que ſomno ignorantie videbat̄ oppreſſa ⁊ ſopita lex et teſtimonium idem ſunt ſicut iacob et (iſrl̄. In q̄ lege Quanta).i. quam magna ⁊ mirifica (mandauit patribus nr̄is nota facer̄ filijs ſuis).i. poſteris nō tātū iudeis ſ3 (vt cognoſcat gñatio altera).i. xpiana quā de gētib⁹ conſtat eſſe electā. Et ſic pſeqnt̄. Filij).ſ. xp̄iani (qui naſcent̄) poſtea ex aq̄ ⁊ ſpū ſctō (et exurgent) ſurſū hñtes cor ſuum q2 vero nati ſūt ⁊ nō regnati nō ſurſū eſt cor eoꝝ (et narrabūt filijs) ꝑ gñatōes qđ vtiq3 xp̄iani ipleuerūt q̄ p̄dicationes



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſctās ad aieꝝ ſalutē ꝯferēdaȝ
ſuis poſteris tradiderūt. Et
hoc iō. Ut ponant ſpē ſuaȝ)
nō i lege q̄ punit:ſȝ i grā ꝯceſ-
ſa q̄redimit( et nō obliuiſcant
operū dn̄i )ſicut fecerūt pfidi
iudei qui oblito auctore ſuo
ad occulturas ſe dmonū trā-
ſtulerūt ꝛ mandata ei⁹ exq̄rūt)
ipa ē.n.dei ſūmi ſua recorda-
tio ſi mandata ei⁹ duotꝫ mē-
tib⁹ ipleam⁹. Nō exq̄rāt Ne
fiant ſicut pr̄es eorū gn̄atio
praua et exaſpans )praua qꝛ
veritatē recipe noluit: exaſp
ans qꝛ a deo exaſpauit in deū
vt in ſaluatorē armaret quod
fuit ſuper omnes acerbitates
Et qꝛ praua ē:iō Generatio
q̄ nō direxit cor ſuū )ad fideȝ
ſuſcipiendam ad diligenduȝ
deum ꝛ in p̄ceptis ei⁹ ambu-
landū( ꝛ non ē creditus cum
deo ſpūs ei⁹)quia fuit ſēper
incredulus promiſſionibus
dei. Bn̄ d̄r:q̄ gn̄atio illa cor
ſuum nō direxit:qꝛ nec. Filij
effrē)q̄ videbantur meliores
in illo pplo( intēdētes arcū ꝛ
mittētes )ſagittas( ꝯuerſi ſūt
in die belli per ſimilitudinē
loquit. Iudei itēderūt arcuȝ
ꝛ miſerūt ſagittas qn̄ promi-
ſerunt ſe obſeruare legē am-
monēte moyſe dicētes: q̄cū-
q̄ꝫ locutus ē dn̄s noſter facie
mus ꝛ audiem⁹ ꝯuerſi ſūt in
die belli qn̄ aaron dixerunt.
fac nobis deos quos adore-
mus: ecce quō i parabolis ꝛ
ꝓpoſitionibus omnia expli-
cat. Quare ꝯuerſi ſūt in die
belli qꝛ Nō cuſtodierūt teſta
mētū dei ).i.pm̄iſſionē quam
deo fecerāt omnia que locut⁹
eſt dn̄s faciem⁹( ꝛ in lege dn̄i
noluerūt ambulare. Et obli
ti ſunt beneficiorū eius ꝛ mi
rabiliū eius q̄ oſtēdit eis )corā
partibus eorū. ¶ Corāȝ prī
bus eorū )moyſe aarō aliiſq̄ꝫ
ſenioribus( fecit mirabilia i
terra egypti in campo tha-
neos )que ciuitas regia ē egy
pti in qua erat pharao apud
quem decem plage egypti fa
cte ſunt. Interrupit mare )
rubrum( ꝛ perduxit eos )pe
de ſicco ad aliud litus ( ꝛ ſta
tuit aquas )ex vtraq̄ꝫ pte ne
fluerent: ſed firme ſtarent: ſi-
cut aqua( in vtre. )Et dedu-
xit eos )de die( in nube )pro-
tegētē eos ab ardore ſolis et

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

(de nocte) in colūna (ignis) que oſtenderet eis viam. Interrupit petram in heremo) ī loco ſicco ⁊ deſerto ⁊ emanauit fontes (irriguos et potauit eos abundanter velut ī abiſſo multa). ¶ Et eduxit aquā de petra) q̄ ſeq̄bat eos quocunq̄ ibant (et eduxit aquas) non parum ſed (tanq̄ flumina) que de vberibus montium copioſa iundatiōe procedunt. Quibus beneficijs et miraculis non obſtantibꝰ. Appoſuerūt adhuc peccare ei).i. non credidere (in iram concitauerunt).i. ad iram excitauerunt (excelſuz in inaquoſo) loco non credēdo deum poſſe ſibi ipſis difficilia facere. Et tentauerūt deū) diffidentes de eiꝰ potētia (in cordibus ſuis) ad hoc (vt peterent eſcas) non ſpirituales: ſed carnales (aīabꝰ ſuis).i. propter animas retinendas in corporibus eſca enim retinaculum eſt anime in corpore (Et male) ⁊ vtiq̄ male q2 falſa (locuti ſunt de deo) dicētes (nunq̄d poterit deus pare menſam in deſerto) ſplendidā carnuū q̄ſi dicerent non. Ecce blaſphemia ⁊ differētia: o ſtulta nimis abſurdaq̄ vecordia humanam poſſibilitem ad diuinam trāſtulit virtutē. Et rurſus diffidentes dicunt. Quī pcuſſit petram ⁊ fluxerunt aq̄ ⁊ torrētes) ex magna aquarū abūdantiā (inundauerūt) ſeq̄r q̄ poterit aliud ēt facere. Omnis fatua cogitatio. exēplum magni miraculi dare ⁊ eiꝰ auctorem in reliq̄s arbitrari poſſe deficere (Nūq̄d ⁊ panē poterit dare) aut pare refectionem ſplēdidam et delicataz (populo ſuo) quaſi dicerent dubitandum eſt. Sed māſuetiſſimus dominus noluit ſtatī punire eos ſicut bene merebantur ſed ne videretur nō poſſe facere q̄ petebāt ſicut ſtulte illi dubitabant. Ideo audiuit) ⁊ impleuit petitiones (⁊ diſtulit) penam inferre eis vt prius oſtenderet ſuā potentiam (⁊ ignis).i. (ira) (accenſus eſt) in populuz deſcendentē de (iacob ⁊ ī iſr̄) Hinc ignis accēſꝰ ē ī iacob ⁊c. Qz non crediderūt deo)



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuo ꝙ poſſet l3 ex precedenti
bus miracul' hoc firmiter po-
terāt credere(nec ſpauerūt
in)bonitate ſua ꝙ non defice
ret eis in neceſſarijs.Et)mā
dans executioni petitiones
eorum(mādauit nubibus de
ſuper)et(ianuas celi aerei)
vbi generabatur manna(apa
ruit)ide deſcēdere faciēs vt
ſequitur. Pluit illis).i.dedit
per modum pluuie(māna ad
manducandum)et ſic(panē
celi).i.in celo aereo angeloꝝ
miniſterio formatū(dedit eis)
Et ita Panem angeloꝝ).i.
miniſterio eoꝝ formatū(mā-
ducauit homo)cibaria miſit
(in abundantia)cū quil3 col-
ligeret de eo q̄tū cōedere po
terat.Et ad ſatiſfaciēdū deſi
derio eoꝝ de eſu carniū.Trāſ
tulit)vētū auſtralē de ſupio-
re pte aeris ne.ſ.flaret ⁊ idu
xit virtute ſua)vētū(africū)q
eſt vētus occidētalis vt flaret
ꝯſus vbi erat multitudo ma
gna coturnicū q̄s vētus trāſ
portauit vltra mare rubrum
vbi erant caſtra hebreorum.
Sequitur.Et pluit ſup eos
ſicut puluerē).i.valde abun
dāter(carnes)viuasi maris
copia.ſ.(volatilia pēnata et
ceciderunt in medio caſtroꝝ
eorū circa tabernacula eoꝝ)
vt ſine oi labore ⁊ difficulta-
te poſſēt ea cape.Et)ipi(mā
ducauerunt ⁊ ſaturati ſūt ni-
mis)vſq3 ad nauſeā abundā
tiam carnium ſicut deſidera-
uerunt(attulit eis)⁊(nō fūt
fraudati deſiderio)imo ſunt
cōſecuti illud hñtes carnes ī
abūdātia.¶ Oſtēſo ꝙ ſtulte
dubitauerūt de potentia dei.
Oſtendit propheta qualiter
puniti ſunt a deo de quo ita
ait.Adhuc eſſe erant in ore
ipſorum)quia multi actu co-
medebāt et punitū dei deſcē
dit ſuper eos.Et occidit po
tentes eorum)repletos diui
tijs(⁊ electos iſrael).ſ.moyſē
et aarō ⁊ mariā(ipedijt)ne i
grederentur terram promiſ-
ſionis.In omnibus his)cor
recti et puniti peccauerunt
adhuc et non crediderunt in
mirabilibus eius. Et ideo.
Defecerūt dies eorum)quaſi
lāguida tabe cōſumpti(in)
i.ꝑ vanitate ꝑ que citius pe-
rierunt(⁊ anni eoꝝ cū feſtina

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tione) q2 mors multorum fuit accelerata ſicut in rebellióe chore Cū occideret) aliquos de populo alij timētes (querebant eum ⁊ reuertebātur) ſtudioſe: et ſedulo venientes petebant miſericordiam a deo. Reuertebantur quidē quia (Rememorati ſunt: q2 deus adiutor eoruꝫ eſt) in bonis (⁊ deus excelſus redemptor eorū eſt) a malis. ¶ Et quia iſta reuerſio ad deum q̄ ad multos non erat ex amore iuſticie: ſꝫ timore pene dicit Et dilexerūt eū in ore ſuo ⁊ lingua ſua mentiti ſunt ei) qui non ſic habebant in mēte ſicut petebant in ore. Vñ ſequitur. Cor aūt eorum non erat rectuꝫ cū eo (q2 ydola colere deſiderabāt (nec fideles hīti ſunt in teſtō ei9) vt legem ei9 obſeruarēt ſicut in timore ꝑmittebant. Ipſe aūt eſt miſericors) in natura/⁊ etiā contra merita ipſoꝝ (fiet propitius in peccatis ipſorum) puniētes eos citra condignum (et non diſperdet eos) totaliter eos delendo ſic meruerāt Et abundauit) mia dei (vt auerteret) ab eis vindictā ſuaꝫ vt de eis ſumere ceperat (⁊ nō accēdit oēm irā ſuaꝫ) quā de eis ſumeret oēm ꝓmeritā penā Et hoc i deo: q2 Recordatus eſt) i. admodum recordātis ſe habuit q̄ſi oblit9 quꝫ eos affligeret (q2 caro ſūt). ſ. carnales ⁊ fragiles ꝓniqꝫ ad peccandū: hec eſt maxīa cā q̄ deū mouet vt ſe nobis miſericordeꝫ exhibeat (ſpūs) hō eſt (vadēs) i breui de hoc mūdo ꝑ ſepatiōnē aīe a corpore (et nō rediēs) ad ipſū corp9 ꝟtute ꝓpa nature. Pepercit eis et iꝫ parceret ipſis. Ipſi tñ multotiens) .i. ſine numero (exacerbauerūt eū i deſerto) ⁊ ad vindictā cōcitauerunt eūi aquoſo) vt digne eis penas inferret Et cōuerſi ſunt ad ydolatriā) et tētauerūt deū doloſe petētes ab eo qđ ab illo accipe diffidebāt (⁊ ſctm̄ iſrael ad amaritudinē ꝓuocauerſit. Et Non ſunt recordati) poteſtatis (eius) die qua (redemit eos de manu tribulantis). ſ. pharaonis. Preterea non ſunt recordati. Qualiter. Poſuit in egypto ſigna

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſuā) .ſ. decem plagas (⁊ prodigia) i ciuitate illa regia vbi ſigna iſta facta ſūt idez eſt ſignum ⁊ prodigiū ſignuʒ inq̄ꝫ dei potentia indicat prodigium quia in ſe nobis dat aliud intelligere In ter q̄s plagas Conuertit in ſanguinem flumina eorū. ⁊ pluuiales aq̄s ne biberent Miſit in eos (muſcam caninā ⁊ pungebat eos grauiter ⁊ ranas ⁊ diſperdit eos) q꞉ i nullo loco poterāt ſtabiles eſſe ꝓpt̄ ranas. Et dedit erugini) i. vento vrēti q̄ corrupit ſegētes (fructus eoꝝ) ⁊ fruct⁹ ꝑ (labores eoꝝ) productos locuſtis. Et occidit in grandine vineas eoruʒ ⁊ moros eoꝝ in pruina) vel i frigore corrumpente. Tradidit grandini iumēta eoꝝ) exiſtentia in cāpis (⁊ poſſeſſiones) igni. Miſit in eos) effectum ire (ſue idignationis) ꝑ plagas dictas ⁊ ſequētes (i miſſas āgelos malos q̄ fuerūt executores diuīe iuſticie i pſecutionib⁹ egypti. Uiā fecit ſemite ire ſue) .i. ſemitā i viā ꝯuertit꞉ q꞉ erḡ ꝑ ꝓma flagella nō fuerūt correcti plage āpliores ſūt augmētate vnde ſeqtur (⁊ nō pepercit a morte) vitas (eoꝝ) et (iumenta eorū in morte ꝯcludūt Et percuſſit omne ꝓmogenituʒ in terra egypti) nō ſolū hoīʒ ſed omniū iumētoruʒ primogenita (ꝓmitias oīs laboris eoꝝ) vt ordeū ⁊ liēa ⁊ ſimilia q̄ ciu⁹ natureſcunt (in tabernaculis) egiptiorū deſcendētiū de (chaʒ). Propheta nūc oñdit quō de⁹ eduxit iudeos ð egypto ⁊ iduxit i trā ꝓmiſſiōis ⁊ ipi iterū i grati offēderūt eū ſic dicēs ¶ Et eduxit de egypto (ꝓpl'm ſuū) iſrael diligent̄ cuſtodiendo ſicut paſtor oues ſuas (et ꝑduxit euʒ tanq̄ꝫ gregē i deſerto) qđ erat inter mare ⁊ egiptum. ¶ Et eduxit eos) per deſertum in ſpe) veniendi in terram promiſſionis (⁊ non timuerunt) q꞉ (inimicos eoruʒ cooperuit mare). ¶ Et induxit eos) in terram promiſſionis q̄ dicit̄ ſanctificata propter hieruſalē in q̄ edificatū erat templū) in mōtē) moria (quē mōtē) ñ gladius eoꝝ (acquiſiuit) ſed (dextera) .i. potentia (eius)

Miniſterio de Educación, Cultura y Deporte

Hoc modo acq̇ſiuit:q̄r. Eie
cit a preſētia( eorū gentes)
chananeas q̃ prius terrā illā
obtinebant:et alias ibi habi=
tātes et ſorte diuiſit ſingulꝭ
tribubus terram promiſſio
nis cū mensura antiq̇tꝰ ten
ſo( funiculo)terram diuide=
bant. ¶ Et habitare fecit ī
domibꝰ villis ciuitatibus et
caſtris agētibꝰ edificatis tri=
bus iſrael) ¶ De ingratitu=
dine iudeorū et eorū ꝯtuma=
cia ⁊ q̇d eis irato dn̄o ꝯtigerit
propheta( expōit dicens:⁊ iſtꝭ
beneficijs non obſtantibus.
¶ Tentauerunt deum)diſ=
fidentes de diuina virtute( ⁊
exacerbauerunt deum excel=
ſum) prouocantes ad iram
et precepta)eius nō cuſtodie
